IAMBLICHI

DE VITA PYTHAGORICA

LIBER

AD FIDEM CODICIS FLORENTINI

RECENSUIT

AUGUSTUS NAUCK

ACCEDIT EPIMETRUM

DE PYTHAGORAE AUREO CARMINE

PETROPOLI

A. MDCCCLXXXIV

VENUMDANT

PETROPOLI EGGERS & S. ET I. GLASUNOF

LIPSIAE VOSS' SORTIMENT (G. HAESSEL)

Pretium 1 R. 80 Kop. = 6 Mark.

Напечатано по распоряженію Императорской Академіи Наукъ.
С.-Петербургъ, Августъ 1884 г.

Непремѣнный Секретарь, Академикъ *К. Веселовскій.*

ТИПОГРАФІЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМІИ НАУКЪ.
(Вас. Остр., 9 лин., № 12.)

PROLEGOMENA.

De Pythagora et Pythagoreis philosophis cum multi scriptores multa tradiderint, uberrimus nunc testis extat Iamblichus eo in libro quem Florentini potissimum codicis ope locis haud paucis emendatum proponimus. Operis auctor, qui vixit initio quarti post Christum saeculi, quae ab vetustioribus scriptoribus de Pythagora relata invenisset suum in usum convertit rationem secutus eam ut plerumque ipsa verba fontium suorum repeteret. Neque compilator tantum fuit Iamblichus, quo vitio tanquam avito morbo scriptores illius aetatis plerique ac multi vetustiores laborarunt, sed idem neglegentiam ostendit vix credibilem: etenim modo easdem res eademque verba bis vel ter repetit, modo quae nondum commemoravit a se commemorata dicit, modo constipat diversis ex fontibus quae conciliari non possint. Quod si Iamblichum ipsum non possumus quin vilem iudicemus esse scriptorem et vix mediocrem, libellus tamen eius ea maxime re commendatur, quod plurima continet ex antiquioribus iisque haud spernendis scriptoribus deprompta, quae

absque eo nobis essent negata. Multa Iamblichus de Pythagora prodidit incredibilia et absurda: at servavit idem philosophorum quorundam peripateticorum et historicorum reliquias pretiosissimas, et tanto pluris liber eius faciendus est quanto magis servilis compilatoris personam servat et alienas potius quam suas opes profert.

Editores Iamblicheo huic operi ante me obtigerunt quattuor: Iohannes Arcerius Theodoretus, qui in bibliopolio Commeliniano a. 1598 librum de vita Pythagorae et Protr. orat. ad philos. addita interpretatione Latina publici iuris fecit [1]), Ludolphus Kuster, cuius editio prodiit Amstelodami a. 1707, Theophilus Kiessling (Lipsiae a. 1815 sumtibus F. C. G. Vogelii), Antonius Westermann (Parisiis editore Ambr. Firmin Didot a. 1850). Horum editorum tametsi non negarim unum quemque aliquid contulisse ad Iamblichi librum emendandum, tamen non possum quin contendam nullum praestitisse id quod praestari facile poterat. De singulis editionibus pauca addimus.

Atque in principe editione liber Iamblichi adeo corruptus omnique vitiorum genere inquinatus habetur ut Kuster dubitet num a renatis literis ullus unquam scriptorum veterum pluribus mendis scatens in lucem exierit;

---

[1]) Ad priorem librum qui inscribitur de vita Pythagorae et secta Pythagorica spectant quae Protrepticis orationibus subiectae sunt editoris «Castigationes et notae in lib. I. Iamblichi de vita Pythagorae» (p. 4—22) et «Errata» (p. 23), item «Omissa in vitam Pythagorae» (p. 52) et «Castigationes in Iamblichi Pythagoram diversae lectiones cuiusdam ἀνωνύμου» (p. 44—46). Anonymi istius nomen cur reticuerit Arcerius, nescio: utique debentur anonymo plurimae et optimae emendationes a Kustero et Kiesslingio neglectae.

quod iudicium severum est nec tamen iniquum [2]). Codice Arcerius usus est uno, de cuius origine nihil ipse rettulit: extare istum librum in bibliotheca Franequerana eiusque lectiones parum accurate ab Arcerio esse indicatas testatur L. C. Valckenaer Epist. ad Roeverum p. LXIV sq.

Kuster de subsidiis quibus usus sit haec fere tradit. „*Operae pretium me facturum putavi, si novam Iamblichi editionem aggrederer, instructus ad id collatione MS. quam debeo singulari favori et humanitati virorum clariss. Clementii et Boivinii, qui instructissimae bibliothecae Regiae Parisiensi praesunt, mihique, cum ante annos circiter octo Parisiis versarer, aditum ad eam concesserunt. Huius codicis ope plurimas easque foedissimas maculas ex Iamblicho detersi et lacunas non paucas in eo supplevi. Praeterea ex Ezechielis Spanhemii bibliotheca, quae Berolini est, nactus sum exemplar Iamblichi, ad cuius marginem Nicol.*

---

[2]) Iniustum tamen est quod dicit Cobet Coll. crit. p. 407: «*unice verum est in tali re* ἐξητακέναι, *ut bonus Arcerius semel verum vidisse videatur*». Haud desunt aliae Arcerii emendationes eaeque partim egregiae, quae postea ab aliis factae vel codicis Florentini auctoritate confirmatae sunt, velut μαλάχης (pro μάχης) § 109 p. 80, 4. ἐναγισμοῖς § 122 p. 89, 18. ὅπερ § 126 p. 92, 10. Χαλδαίων (pro Χαλκιδέων) § 151 p. 111, 2. τελετῆς (pro τελευτῆς) § 151 p. 111, 3. προσφερομένων § 163 p. 120, 4. μανικόν (pro μαντικόν) § 207 p. 147, 12. παρρησίᾳ (pro παρουσίᾳ) § 220 p. 154, 17. γενναιότητα § 224 p. 156, 18. πόλεμον § 232 p. 161, 18. Κύλων (pro Κύκλων) § 258 p. 181, 14. Item coniecturae tres, εἰς τὰς ἀστυγείτονας πόλεις § 11 p. 11, 18. μέχρι μὲν οὖ § 255 p. 178, 13. ἐμφανίζειν § 260 p. 183, 1 tamquam novae a Cobeto Coll. crit. p. 309 sq. 404. 408 prolatae debentur bono Arcerio. Ceterum Cobet, quem scimus in conferendo codice Florentino usum esse editione Arceriana (cf. Coll. crit. p. 306), in Collectaneis criticis conscribendis videtur isto libro caruisse.

Rigaltius adscripserat varias lectiones eiusdem, de quo dixi, MSti Parisiensis et coniecturas quasdam et emendationes viri docti, Iosephi Scaligeri, ut puto, quibus me in locis nonnullis difficilioribus non parum adiutum esse profiteor. Ad haec cum de consilio meo edendi Iamblichum certior factus esset Ioannes Hudsonus, bibliothecae Bodleianae apud Oxonienses praefectus, misit ad me varias lectiones et emendationes in eundem scriptorem, quae in duorum codicum impressorum margine calamo exaratae erant. Hae autem licet serius aliquanto et editione pene iam absoluta ad manus meas pervenerint et praeterea non essent diversae cum a variis lectionibus MSti Parisiensis tum a caeteris coniecturis, quas Nic. Rigaltius, ut dixi, margini codicis Spanhemiani alleverat, ut ex uno fonte utrasque profluxisse appareret, non tamen ideo eruditissimi huius viri voluntas et bene de me merendi studium minus gratum mihi fuit. Uti vero hisce subsidiis plerorumque locorum Iamblichi emendationem debeo, sic ad caetera, ubi ea spem meam destituerent, illustranda et integritati suae restituenda qualescunque ingenii mei vires advocavi; qua quidem in re an successus voto meo responderit, penes doctiores iudicium esto. Quod si forte quaedam diligentiam meam effugerunt, neminem id miraturum puto, qui sciverit me tempore brevissimo aliisque urgentibus negotiis operis huius telam detexuisse".

Parisinum codicem dicit Kuster eum qui nunc in Bibl. nat. habetur 2093, sed usus est isto codice neglegentissime, sicut omnino Kusteri editio documentum est haud vulgaris neglegentiae cum temeritate et inscitia coniunctae. Plurimos sane typographi errores, quibus laborat

princeps editio, recte Kuster sustulit, nec tamen ea magna laus est: potius indignamur tot tantosque Arcerii errores potuisse a Kustero invito codice et invita ratione propagari[3]). Nec desunt in Kusteri editione nova monstra, velut τοῖνυν § 4. κατ' ἰτότατα § 75. ὥστ' ὑπ' § 129. τραγμάτων § 157. περιστήμης § 160. Πυγαγόρειος § 165. ἐνείνῳ § 179. ὁμοιήτης § 188. ἐπεγγέλλετο § 193. κρείπτων § 238. συνεστηκυίαν § 242 al. Etiam magis improbamus quod vitia plurima, quae codicis Parisini ope facile tolli poterant, aut intacta reliquit Kuster aut perversis coniecturis sanare temptavit. Plerumque ubi codicis sui mentionem facit, non ipsum librum videtur inspexisse, sed usus esse lectionibus a Rigaltio in Spanhemiano editionis principis exemplo prolatis, ac ne istas quidem lectiones ubique spectavit aut satis accurate reddidit[4]). Quod plurimas Arcerii, anonymi, Rittershusii, Scaligeri, Obrechti coniecturas et emendationes sibi tri-

---

[3]) Ne iniustum videatur opprobrium, pauca afferimus exempla. Retinuit Kuster vitia editionis Arcerianae ἐδήματο § 9 p. 10, 20. ἐναγεῖν § 22 p. 18, 13. κ' αὐτός § 24 p. 19, 16. Συβαρίδος § 36 p. 26, 14. στηφανιτῶν § 52 p. 36, 7. ἡττήθωσιν § 54 p. 37, 18. ἐτύχησε § 89 p. 66, 10. προπεμτικῶς § 145 p. 105, 14. ὁ παραδεδωκὸς § 146 p. 106, 16. συνήρμωσεν § 219 p. 154, 9. διηλέχθη § 219 p. 154, 12. πλεονοξίας § 225 p. 157, 4. ἀσκεῖτο § 225 p. 157, 7. πολεμίσειεν § 232 p. 161, 19. λιτανίας § 234 p. 162, 15. μηδεμίας § 238 p. 165, 13. Ἀττίδα § 241 p. 168, 6 et § 243 p. 169, 8. φερέ δή § 254 p. 177, 16.

[4]) Commemorat verbi causa Kuster μόνοις pro μόλις § 51 p. 36, 4 coniecisse D. Heraldum, quam emendationem spernit, quoniam nulla correctione hic opus sit. Si necessitatem correctionis ab Heraldo propositae agnoscere non potuit, debebat saltem scire id quod codice quem dicit Spanhemiano edoceri poterat, μόνοις legi in libro Parisino, sicut idem μόνοις legitur in optimo codice Florentino et in pessimo Cizensi.

buit, nescimus utrum nolens an sciens iniuriam aliis fecerit: utique difficillimum fuerit improbitatis suspicionem a Kustero arcere [5]). Inprimis vero vitio vertimus Kustero licentiam qua interpolavit Iamblichi verba ne commemoratis quidem codicis sui scripturis. Exemplum habeto hoc, quod ad cognoscendam hominis indolem sufficiet. In § 265 edidit Kuster: διὰ μέν τοι τὴν συμφορὰν τῆς πατρίδος ἐναδήμονα γενέσθαι τοῦτον, ὡς ὑπὸ λύπης προὔλιπε τὸν βίον, et adnotationem addidit hanc: „'Εναδήμονα] *Est vox insolens. Quare non dubitem rescribere,* ἐν ἀδημονίᾳ: *quae etiam est coniectura viri docti ad marginem codicis Spanhemiani*". Quam insolentem vocem appellat Kuster ἐναδήμονα, alii rectius corruptelam dicent sensu cassam. Quod pro ἐναδήμονα rescribi vult ἐν ἀδημονίᾳ, certe non debebat consortem culpae facere Scaligerum: absurdum istud ἐν ἀδημονίᾳ in exemplo Spanhemiano tanquam Parisini libri scriptura affertur, in quo extare ἐν ἀδημονία testatur Alfredus Iacob. At quae post πατρίδος in editione principe et codicibus quantum scio omnibus extant verba ἐκλιπεῖν τὸν βίον quod inscio lectore eiecit

[5]) En unum exemplum. In Iamblichi § 260 Kuster servavit traditam scripturam τοῖς ἀγάμοις πολεμεῖν, quibus verbis subicit adnotationem hanc: «*Scribe* τοῖς κυάμοις, *i. e.* fabis» et prolixa disputatione necessitatem emendationis demonstrat. Merito laudat palmarem emendationem Cobet Coll. crit. p. 408, at quas Kustero impertit laudes par erat ad Obrechtum transferri: is enim vertit «*cum fabis bellum gerendum esse*». Kustero unum laudi duci potest, quod fabas sciret Graece κυάμους appellari, non ἀγάμους. Nec tamen sola interpretatione Obrechti arbitror usum esse Kusterum: potius cum familiaritas quaedam inter Obrechtum et Kusterum intercesserit, apposita ad κυάμοις emendationem confirmandam scriptorum testimonia privatim ab Obrechto accepisse Kusterum probabile est.

Kuster, Scaligeri opinionem secutus est. Ista verba rectissime se habere et pro ἐναδήμονα — ὡς scribendum esse ἕνα δὴ μόνον — ὅς optime agnoverat Bentleius, cuius disputationem ipse Kuster attulit. Ergo Kuster codicis sui lectionem non curat, notis a Rigaltio margini exempli Spanhemiani adscriptis ita abutitur ut Scaligeri coniecturam et Parisini libri scripturam confundat, tria verba omnino necessaria celato lectore delet, certissimam Bentleii emendationem aut ignorat aut aspernatur. Atque interpolatio Kusteri ut a Kiesslingio et Westermanno adoptata est, ita fefellit Cobetum Coll. crit. p. 409. Similiter alibi quae peccaverat Kuster ab insecutis editoribus videmus esse propagata, ita ut plus nocuisse quam profuisse Iamblicho iste editor sit existimandus.

Qui Kusterum excepit Theophilus Kiessling haud facile de Iamblicho edendo cogitasset, nisi fortunae sive favore sive ludibrio obtigisset ei codex Cizensis, cuius ope confideret posse quaedam priorum editionum vitia emendari. Ac sane haud pauca menda sustulit, quamquam nec doctrina aut acumine excelluit neque compensare studuit istam inopiam sedulitate et diligentia. Cizensem codicem vilissimum neglegenter contulit et multis locis ubi sequendus erat sprevit, pauca vitia omnium codicum communia ipse emendavit, aliorum emendationes plurimas neglexit. Itaque munditie quadam Kiesslingii editio commendatur propter superiorum spurcitiem: laude dignam eandem iudicare non possumus.

Idem fere dicendum est de perfunctoria Antonii Westermanni opera, qui codicum ope destitutus recognovit

Iamblichi librum: quae alii recte emendarant pleraque neglexit, ipse admodum pauca extricavit.

Secundum haec quae modo diximus nemo mirabitur a Kiesslingio et Westermanno multa esse relicta futuro editori quae corrigeret. Re vera extant in novissimis editionibus errores vix credibiles, velut Πυθαγόραν τ' ὄν τίκτε § 5. προειδόμενοι § 14. 190. διέλασεν § 27. μήδ' § 48. νουθετικόν § 60. ἐμπιπρᾶναι § 112. μεσεμβληθέντος § 120. ὥστ' ὑπ' ἐκείνων § 129. ἐπέρεσθαι § 139. κυπαρισσίνην — σωρόν § 155. πράγμασι εἰπεῖν (vel εἶπε) § 177 al. Admiserunt editores § 88 p. 66, 3 coniecturam Arcerii αὐτοὺς (pro αὐτοὶ) μὲν οὖν εἶναι ἀπὸ τούτων, grammaticis legibus contrariam; editionis principis errorem Ζαμόλξις § 173 p. 126, 11 mordicitus tenent, quamvis Ζάμολξις in codice Cizensi scribi testetur Kiessling; similiter propagatur quod Kusteri typographus § 242 p. 168, 8 peccavit συνεστηκυίαν, cuius loco συνεστηκυῖαν in Cizensi extare non fugit Kiesslingium. Quis iam miretur non audiri Rittershusium, qui § 255 p. 179, 3 σιωπούμενον, cuius loco codices mihi noti σιωπόμενον praebent, in σιωπώμενον mutandum esse pronuntiavit?

Quo magis dolemus editores Iamblichei libri parum strenue munere suo functos esse, eo iustius ducimus debitam laudem tribui iis qui emendando huic libro operam impenderint. Ac multa multi iam superioribus saeculis ad emendandos codicum et editorum errores contulerunt[6]), quae privatos in usus diligenter collegi et qua-

---

[6]) Ne commemorem eos qui obiter non nullos Iamblichi locos emendarint vel temptarint, dedita opera de crisi huius libri egerunt D. Heral-

tenus probabilitate quadam commendarentur publici iuris feci: inprimis vero egregiam sagacitatem in Iamblichi de vita Pythagorica libro emendando comprobarunt C. Rittershusius et Ulricus Obrechtus, quorum merita quo iniustius per editorum neglegentiam et inscitiam adhuc obscurata sunt, eo clariore in luce collocanda arbitror.

C. Rittershusius de edendo Iamblicho se cogitare professus est in Porph. p. 266 ed. Kiessl., quod consilium dolemus caruisse eventu: at in commentario uberrimo quo Porphyrii de Pythagora libellum illustravit, plurimas et optimas Iamblichei huius libri emendationes protulit, ita ut unus cunctorum editorum conatus superasse videatur. Laudamus Kusterum et Kiesslingium, qui C. Rittershusii notas Porphyrio adiunxerunt [7]), et confidimus eos gratum fecisse etiam iis quibus Altorfianae

---

dus Adversariorum libris duobus (Paris. 1599) p. 135—183. Chr. Aug. Heumann Parerg. crit. (Ienae 1712) p. 88—93. L. Bos Animadv. ad scriptores Gr. (Franekerae 1715) p. 49—55. I. C. S(chwarz) in Actorum eruditorum suppl. tom. VIII (Lips. 1724) p. 356—361. Iacobus Loganus Epist. ad I. Alb. Fabricium in Miscell. observ. crit. nov. I (Amstelaed. 1740) p. 91—106.

[7]) Ne ista quidem in re suam naturam Kuster exuit: unius autem Kusteri rationem habemus, quoniam huius errores repetit Kiessling, qui ipsam Rittershusii editionem vidisse non videtur. Cum in Porph. p. 28 l. 23 (sive § 46) Rittershusius ex Iambl. de vita Pyth. c. 32 p. 192 (sive § 228 p. 158, 12 huius edit.) verba τὸ σκοπὸν προθέσθαι attulisset, Kuster τὸν σκοπὸν substituit. Paulo post idem haec Rittershusium facit dicentem: «*Eundem scopum Iamblichus etiam cap. 13. ex his verbis proponit*», quae detorta sunt ex Rittershusii verbis, «*Eundem scopum Iambl. etiam lib. 2. c. 13. p. 81. his verbis proponit*». Ad vitam Pythagoricam Kuster transtulit quae de Protreptico dicta erant et *ex* praepositionem addidit ab isto loco alienam. Etiam illud improbamus quod Pythagoricarum sententiarum libellum, quem Rittershusius Malcho addidit, Kuster neglexit. Pro-

editionis usus non sit negatus: typi enim istius editionis sunt parum elegantes et in commentario desiderantur paginarum numeri, quam ob rem in afferendis Rittershusii coniecturis Kiesslingianae editionis paginas secutus sum. Mirum vero est emendationes Rittershusii plurimas et optimas Kustero et Kiesslingio mansisse ignotas. Istarum emendationum eas quas librorum fide postea confirmatas vidimus, plerasque silentio praetereundas putavi, sicut nolui recoquere innumera editionis principis vitia quae dudum cessissent genuinis scripturis: at quae invitis libris primus recte novasset Rittershusius, operam dedimus ut auctori vindicarentur.

De Obrechto haec habeto. Prodiit a. 1700 huius libri interpretatio Latina hoc titulo, „Jamblichi de vita Pythagorae liber unus. CIↃDCC" sine nomine editoris, sine praefatione, adnotatione addita propemodum nulla [8]).

---

posuit illo in libello Rittershusius ταύτης emendationem § 42 p. 30, 11 postea a Kustero factam et in loco quem Kuster male mulcavit, § 183 p. 133, 2 desiderari id quod in optimo codice postea inventum est πόλιν sagacissime agnovit. Bene idem τροφῆς pro τρυφῆς § 58 p. 40, 9 scribendum coniecit et § 138 p. 101, 4 pessimam interpolationem sustulit. In Pythag. epist. 2 (p. 601 ed. Herch.), quam Pythagoricis sententiis subiunxit Rittershusius, haec extant: μέτριος ἀνὴρ καὶ λιποδεὴς Σικελικῆς τραπέζης οὐδὲν προσδεῖται· πάντ' ἔχει Πυθαγόρας ἱκανὰ τὰ καθ' ἡμέραν, οἷ ἂν ἔλθῃ. Scribendum esse ὀλιγοδεὴς pro λιποδεὴς intellexit Rittershusius (sicut recenti memoria Cobet N. L. p. 78 et Naber Mnem. nov. V p. 391), intactum reliquit ἱκανὰ adiectivum ineptum isto loco, ubi dubitari non potest quin requiratur πάντ' ἔχει Πυθαγόρας, ἔχων τὰ καθ' ἡμέραν.

[8]) Paucis locis in margine significavit editor repetitiones ab Iamblicho admissas. Sic p. 138: «*Supra cap. XIIX p. 86 et 87*» (quae spectant ad p. 100, 8 et p. 64, 8 nostrae editionis); p. 150: «*Supra cap. XXI pag. 100*» (cf. p. 109, 1 et p. 73, 12); p. 166: «*Supra cap. XXV p. 111*»

Auctorem versionis esse Ulricum Obrechtum constat ex Kusteri praefatione, atque indidem edocemur Obrechtum libri Iamblichei editionem parasse et usum esse eodem atque Kusterum codice Parisiensi. Repetiit Obrechti versionem Kuster: at quod in praefatione dicit, „*ubi interpretem a vero sensu Graecorum verborum aberrasse putavi, de eo in notis lectorem monui: ab ipsa autem versione manus abstinui, ut eam, qualis ab auctore profecta esset, non vero interpolatam lectori exhiberem*", minime verum est. Cum enim Obrechti libellum in compluribus iisque ditissimis bibliothecis et apud bibliopolas Lipsienses frustra quaesitum tandem huius anni mense Martio ex Gottingensi bibliotheca accepissem, vidi Kusterum sicut alibi ita hac in re parum religiose esse versatum. Passim enim retinet quae mutari vel poterant vel debebant (velut *apophtegmata* § 247 p. 198, 27. *demulcivit* § 60 p. 46, 21. *Carthaginenses* § 127 p. 107 extr. *Erechtei* § 243 p. 195, 29. *isthunc de Diis sermonem* § 146 p. 123, 8. *Phinthia* § 127. 234 p. 107, 19. 20. 189, 7. *Phinthiae* § 235 p. 189, 22. *Phinthias* § 235. 236 p. 189, 30. 190, 10. 23. *Phlyasii* § 251 p. 201, 25), saepe liberius ab Obrechto discedit [9]), ita ut doluerim Obrechti versionem non

(cf. p. 120, 10 et p. 80, 12); ibidem: «*Supra cap. XXV p. 112*» (cf. p. 120, 12 et p. 81, 13); et quae sunt alia generis eiusdem. Ceterum quod tradunt Fabricius (Bibl. Gr. vol. IV p. 287) et Hoffmann (*Bibliograph. Lexicon der gesammten Litteratur der Griechen* ed. alt. vol. II p. 389) Argentorati prodiisse Obrechti libellum, saltem exemplum quo ego usus sum loci notatione caret.

[9]) Plurimis locis mutavit interpunctionem Obrechti, cuius rei exempla afferre nolumus. Quod si vitia quaedam typographica cum Obrechtianae tum Kusterianae editionis omiserimus, inter utramque versionem potiores

prius mihi innotuisse. Qui tametsi neque Latinitate usus est pura et emendata neque errores vitavit gravissimos [10]),

---

hae intercedunt discrepantiae. § 10 p. 7, 8. *immutabilis* Kust.] *inimitabilis* Obr. § 11 p. 9, 5. *Thaletem*] *Thalem* § 21 p. 16, 20. *sincere*] *severa lege* § 24 p. 18, 20. 21. *discere*] *arripere* § 25 p. 20, 2. *moratus*] *moratus est* § 31 p. 24, 9. *eclipsibus*] *ecclipsibus* § 32 p. 24, 30. *defunctorum*] *defunctos* § 33 p. 25, 21. *deprehendit*, *illis*] *eum invenisse ajunt. Illis autem* § 35 p. 27, 4. *Chalcidensis*] *Chalcedonensis* § 42 p. 32, 13. *etiam*] om. § 43 p. 32, 20. *tenuerint*] *tenuerunt* § 47 p. 35, 15. *sint*] *sunt* § 64 p. 50, 24. *suborti erant; tristitiam nempe*] *suborti*, *tristitiam* § 64 p. 50, 27. *cupiditates; item iracundiam,*] *cupiditates producebant; iracundiam* § 68 p. 55, 19. *castigationes*] *instigationes* § 68 p. 56, 5. *refraenandam*] *refrenandam* § 76 p. 63, 6. 7. *consumpserimus*] *consumserimus* § 76 p. 63, 14. *inficiunt*] *sufficiunt* § 78 p. 65, 9. *barathrum*] *barathra* § 78 p. 65, 11. 12. *incestu*] *incesto* § 98 p. 83, 9—13. *Similiter et — perdendum censebant.*] om. § 114 p. 95, 16. 17. *peculiares*] *appropriatos* § 121 p. 103, 6. *octachordo*] *octochordo* § 122 p. 103, 24. *actu gesta*] *actu* § 127 p. 107, 26. *Tyrrhenis*,] *Tyrrhenis*, *et in Tyrrheniam expositum*, § 130 p. 110, 7. *extremae*] *extrema* § 132 p. 111, 9. *Theanoni*] *Theano* § 139 p. 117, 8—13. *Illum vero — Philolai.*] om. § 146 p. 122, 13. *inscripsit*] *inscripsimus* § 146 p. 122, 22. *Damoni*] *Damo* § 162 p. 137, 21. *apophthegma*] *apophtegma* § 165 p. 141, 13. *conabatur*] *conabantur* § 171 p. 145, 15. *contra*] *econtra* § 185 p. 155, 4. *pacto*] *pacta* § 205 p. 169, 25. *alimoniis*] *alimentis* § 220 p. 179, 16. *auctoritate*] *authoritate* § 221 p. 180, 4. *auctor*] *author* § 236 p. 190, 19. *Phintias*] *Phinthias* § 241 p. 194, 9. *illos*] *illum* § 248 p. 199, 11. *absente*] *absenthe* § 259 p. 208, 27. *illo*] *nullo* § 260 p. 210, 20. *prohibuissent*] *prohibuerunt* § 264 p. 212, 23. *auctores*] *authores* § 267 p. 216, 23. *Evaeus*] *Enaeus* § 267 p. 219, 3. *Tyrsenis*, *Sybaritis.*] *Tyrseines*, *Sybaritis.*

[10]) Levissimo et frequentissimo librariorum errore deceptus est Obrechtus cum § 246 extr. haec profert, *ut — tanquam mortuo*, *et in alium*, *quam prius fuerat*, *hominem commutato*, *sepulchrum construxerint.* Ita nimirum interpretari conatur deteriorum codicum et quattuor editionum ineptiam τοῦ ποτε ἑτέρου γενομένου, ubi requiri ἑταίρου vidit Wakefield et docuit codex Florentinus. Propter linguae Graecae ignorantiam

tamen et diligentia et acumine excelluit et de emendando hoc libro optime meritus est. Saepe quidem difficillimum est ex interpretatione lectionem quam interpres secutus sit certo agnoscere, quoniam qui vitiosas lectiones interpretantur, cum obliterare vitia conentur vel elevare, nolentes quodam modo et nescientes id quod rationi convenit solent substituere; unde quid emendarit in Iamblichi libro Obrechtus, quid intactum reliquerit, nemo facile coniectando ubique poterit assequi [11]): nec tamen desunt exempla locorum ab Obrechto felicissime emendatorum. Iam supra p. VIII tetigimus § 260, ubi genuinam scripturam τοῖς κυάμοις πολεμεῖν in librorum corruptela τοῖς ἀγάμοις πολεμεῖν agnovit Obrechtus. Quod § 204 deteriores libri praebent τόν τε σκύλακα καὶ τὸν παῖδα

---

lapsus est Obrechtus cum alibi tum § 66, ubi verba πρὸς τοῦ φύσαντος αὐτὸν δαιμονίου redduntur *a Daemone ipsum afflante*. Confudit interpres φύειν et φυσᾶν verba Augustinum de civitate dei XIX, 22 secutus, qui oraculi a Porphyrio traditi versum, quem hunc fuisse suspicor,

ἠέ ποτ᾽ ἐκφύσας πτερὰ κοῦφ᾽ ἀνόπαια πέτοιο,

Latine vertit sic, *aut adinflans pennas leves per aera ut avis volare*.

[11]) Exemplum petas ex § 243: Ὀρφέα πρεσβύτερον ὄντα τῶν ποιητῶν. Cum Obrechtus vertat *Orpheum poetarum antiquissimum*, non ausim contra dicere, siquis πρεσβύτατον emendationem ei tribui iusserit. At omnes interpretes ne Arcerio quidem excepto antiquissimum poetarum Orpheum perhiberi hoc loco intellexerunt ac nihilo minus servarunt editores omnes comparativum πρεσβύτερον, cuius loco scribendum esse πρεσβύτατον primus, quantum scimus, dixit Cobet. Accedit quod Obrechtus in comparativis et superlativis permutandis librariorum licentiam exaequat et propemodum superat, velut comparativos substituit reddens formas ἐλευθεριώτατον et εἰλικρινέστατον § 58. δυσληπτότατα § 68. ἀνοσιωτάτης et χαλεπωτάτης § 70. πρεσβύτατος § 99. θεωρητικωτάτοις § 107.

absurdum est, quoniam hominibus τὰ λοιπὰ ζῷα opponit Iamblichus. Quid requiratur, docet Obrechti interpretatio *catulum et pullum*, quam interpretationem repetunt Kuster et Kiessling; atque Kuster more suo dormitans nihil videt, Kiessling ineptum esse τὸν παῖδα intellegit, sed indiget Schaeferi admonitione qua edoceatur flagitasse Obrechtum id quod in codice optimo postea inventum est τόν τε σκύλακα καὶ τὸν πῶλον. Pessime edebatur in § 223: ἐν παντοδαπαῖς τε τύχαις ἐξεταζόμενοι τὸ αὐτὸ ἦθος ἀδιάφορον διεφύλαττον. Editores adoptant Obrechti interpretationem *mores incorruptos*, nec tamen intellegunt eum restituisse id quod in Florentino libro extat ἀδιάφθορον. Inprimis vero laudamus Obrechti sagacitatem in § 123 comprobatam, ubi Orcus dicitur ἀπὸ τῶν ἐκκεχυμένως πρὸς τὰ πένθη διακειμένων ἀεί τινα κατάγειν ἕνεκα τοῦ τυγχάνειν τιμῶν τῶν ἐπὶ τῆς μνήμης γινομένων. Sensu cassa sunt ἐπὶ τῆς μνήμης verba, in quibus deteriores codices cum editione principe consentiunt; ex optimo libro Florentino ἐπὶ τοῖς μνήμασι nunc revocatum est, quod ipsum continetur Obrechti interpretatione, *honoribus ad monumenta fieri solitis*. Gravem corruptelam qua haborabat § 187, sustulit non Kuster, cuius p. 135, 13 et 136, 3 mentionem fecimus, sed Obrechtus. Eundem in § 146 verba ἀδελφῇ δὲ Τηλαύγους loco suo mota ante Cobetum transposuisse in adnotatione ad p. 106, 10 diximus. Quae in fine § 98 leguntur verba, ὡσαύτως δὲ καὶ ζῷον ὃ μὴ πέφυκε βλαβερὸν τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, μήτε βλάπτειν μήτε φθείρειν, in fine insequentis sectionis esse reponenda verissime agnovit Ervinus Rohde: idem iam Obrechtus viderat, cuius

interpretatio refert genuinum verborum ordinem, quem editores male obliterarunt [12]).

Recenti memoria praeter alios plurimos, qui obiter vitiis quibusdam medelam attulerunt, tres potissimum philologi de Iamblicheo libro emendando bene meriti sunt, C. G. Cobet in compluribus libris ad scriptorum Graecorum crisin spectantibus, R. B. Hirschig *Zeitschr. f. d. Alterth.-Wissensch.* 1851 p. 333—335, E. Rohde *Rhein. Mus.* XXXIV p. 260—271.

Tametsi coniunctis multorum studiis larga optimarum emendationum messis parata erat qua futurus Iamblichei libri editor uteretur, tamen deerat fundamentum satis firmum quo crisis niteretur, nec videbatur quod operae pretium esset posse effici sine codice Iamblichi Florentino eo cuius praestantiam primus agnovit et demonstravit Cobet in Oratione de arte interpretandi Lugduni Batavorum edita a. 1847. Ostendit Cobet cum alibi tum p. 73 sqq. 110 sq. Florentino libro non solum errores editionum et deteriorum codicum sanari plurimos, sed lacunas quasdam expleri supplementis quae ne sagacissimus quidem criticus reperire potuerit. Non usus est

---

[12]) Kuster ea quae attulimus verba, ὡσαύτως δὲ καὶ ζῷον κτέ., bis Latine reddidit: in § 98 extr., cum omissos aliquot versus ab Obrechto arbitraretur, suam exhibuit interpretationem, *similiter et animal, quod natura sua humano generi non sit noxium, non esse laedendum nec perdendum censebant*; postea in § 99 non dubitavit retinere Obrechti interpretationem, *similiter nullum ex animalibus quod humano generi noxium non esset*. Pleonasmum istum propagavit Kiessling; in Didotiana editione eiectis Obrechti verbis vitiosus qui in codicibus extat verborum ordo revocatus est.

aut lectionibus codicis Florentini aut supplementis a Cobeto indicatis is qui a. 1850 Iamblichi opusculum edidit A. Westermann: quod siquis miretur in viro doctissimo et diligentissimo, sicut miratus est E. Rohde in Mus. Rhen. XXVII p. 25, dubitari non potest quin aliquanto prius quam Cobeti de arte interpr. oratio prodiit, ad umbilicum adducta fuerit Westermanniama Iamblichi recognitio, sed per quinquiennium vel diutius retenta a librario prolegomena ad Laertii Diogenis editionem Cobetianam frustra expectante. Post Westermanni editionem Iamblichei libri cum multos per annos nemo extitisset qui Florentini codicis ope refingere Iamblichi vitam Pythagoricam conaretur, mihi subnatum est consilium edendi libelli, cuius exempla vitiosissima esse perspexeram eo tempore quo Porphyrianam vitam Pythagorae recensebam. Cum vero Cobet satis habuisset florilegio quodam sive emendationum sive supplementorum singularem ostendere codicis Florentini praestantiam, non integram proposuisset optimi libri collationem, ante omnia hunc librum anquirendum esse patebat. Atque a. 1875 rogatu meo Imperialis Academia scientiarum Petropolitana petiit ut codex Florentinus bibliothecae Laurentianae (plut. 86, 3) huc mitteretur. Id quidem ut impetraremus non contigit, et iam in eo eram ut consilium abicerem, praesertim cum poeseos Graecae venustate multo magis delectarer quam philosophorum Platonicorum miraculis. At meam causam strenue gerendam in se recepit R. Hercher amicus humanitate pariter ac doctrina et acumine insignis: qui comperit I. Rutgersium virum clarissimum, cui debemus egregium de

olympionicis libellum[13]), in non nullis Iamblichi libris accurate examinasse codicem Florentinum, sed abstinuisse a libro de vita Pythag., quem nosset collatum esse a Cobeto. Ipse Cobet cum de consilio meo certior factus esset, a. 1877 edidit Observationes criticas et palaeographicas ad Iamblichi vitam Pythagorae spectantes in Mnem. nov. vol. 5 p. 337—384, quam commentationem a. 1878 ut aliis disputationibus ita plena codicis Florentini collatione auctam repetiit in Coll. crit. p. 305—482. Commentatio ista eo potissimum nomine commendatur quod referta est emendationibus plurimis iisque magna ex parte Cobeto dignis. Quod interdum tanquam nova et indicta proferuntur quae Arcerius, anonymus, Rittershusius, Kiessling, al. dudum viderant, facile ignoscimus, cum neglegentiam talem in hoc commentario rarius quam alibi admiserit[14]) et insigni bonarum emendatio-

---

[13]) Sexti Iulii Africani Ὀλυμπιάδων ἀναγραφή adiectis ceteris quae ex olympionicarum fastis supersunt. Recensuit, commentario critico et indice olympionicarum instruxit I. Rutgers. Lugd. Bat. 1862. Praeclarum opus ignotum mansit Alfredo Schoene eiusque in Eusebi Chronico edendo adiutori eruditissimo Alfredo de Gutschmid, unde caput de olympionicis, quod est in vol. I p. 194—220, novis curis indiget.

[14]) Saepe exagitata est a multis incuria Cobeti ea quae alii ante ipsum scripserunt fastidiose neglegentis. At etiam eos qui dudum nossent vitium istud inveteratum, miratos esse arbitror quod a. 1883 in Mnem. nov. XI p. 421—432 «*de locis nonnullis apud Porphyrium* περὶ ἀποχῆς [τῶν] ἐμψύχων» disputare ausus est ita ut unam consuleret editionem ab Iacobo de Rhoer Traiecti ad Rhenum a. 1767 publici iuris factam, neglegeret editionem Didotianam a. 1858 et Teubnerianam a. 1860. Quoniam tetigi id quod in Cobeti libris maxime mihi displicet, pauca addam de duabus emendationibus a me factis, iteratis a Cobeto.

In V. L. ed. alt. p. 577 affert Cobet duos deinceps Aristidis locos, ubi εἰσφρέσθαι infinitivum restitui iubet: editionem qua utatur, non prodit; sed

num copia delicta ista redemerit. At de collationis Cobetianae fide mox dubitationes mihi obortae sunt cum alias propter causas tum ex iis quae de Lysidis epistola

---

priorem locum afferens indicat Iebbii paginam et versum (I p. 496, 16), altero in loco qui habetur numerus (I p. 185) est editionis Dindorfianae. Quaeritur cur subito mutarit Cobet Aristidis editiones lectore inscio: nisi probabiliorem rationem ipse attulerit, repetemus istam inconstantiam e Lex. Vind. praef. p. XXVII, ubi a. 1867 dixi in Aristidis vol. 1 p. 185 ed. Dind. εἰσφρέσθαι esse restituendum: haec legisse arbitror Cobetum et transscripsisse, postea rei immemorem tribuisse sibi emendationem meam.

Multo magis aliam rem miratus sum. Anno 1878 affirmavit Cobet Coll. crit. p. 149 verba a Suid. v. ἐντέτηκεν allata, τούτοις ἀντ' ἀληθοῦς ψευδὴς ἐντέτηκε δόξα, eodem in lexico v. συντέτηκεν recurrentia, esse Iuliani «*pag. 100. a*», ubi contendit in codice Vossiano legi ἐντέτηκε cum συντέτηκε interpretatione in margine adscripta. Quantumvis difficile videretur tali testimonio fidem denegare, tamen iterata Iuliani lectione persuasi mihi Cobetum errasse: ac dixi (*Bulletin de l'Académie Imp. des sciences de St. Pétersbourg* vol. XXVI p. 295 sq. sive *Mélanges Gréco-Rom.* IV p. 740) verba a Suida allata in nostris Iuliani editionibus frustra quaeri, sed videri olim extitisse in Iuliani Orat. VIII p. 206 C, quo loco Hertleinius haec praebet, ὅτῳ μὲν εὐμενὴς θεὸς ταχέως ἔλυσε τὰ δεσμὰ καὶ τὴν δύναμιν εἰς ἐνέργειαν ἤγαγε, τούτῳ πάρεστιν εὐθὺς ἐπιστήμη, τοῖς δεδεμένοις δὲ ἔτι, καθάπερ οἶμαι .... ἀντὶ τῆς θεοῦ λέγεται παραναπαύσασθαι, ... τέτηκε δόξα, ego vero supplendum duxi τοῖς δεδεμένοις δὲ ἔτι, καθάπερ οἶμαι (Ἰξίων) εἰδώλῳ (τινὶ) ἀντὶ τῆς θεοῦ λέγεται παραναπαύσασθαι, (τούτοις ἀντ' ἀληθοῦς ψευδὴς ἐν)τέτηκε δόξα, et addidi gratum mihi fore, si Cobet indicato loco eo quem spectasset, sententiam meam refutaret. — Nuperrime in Mnem. nov. XI (a. 1883) p. 353 Suidae glossas ἐντέτηκεν et συντέτηκεν admovit Cobet Iuliani verbis p. 130 C: ἐντέτηκέ μοι δεινὸς ἐκ παίδων τῶν αὐγῶν τοῦ θεοῦ πόθος, ubi dicit manum primam in margine codicis Vossiani annotasse συγκεκόλληται, πέπηγε. Coniecturam autem meam de Iuliani loco Orat. VIII p. 206 C ex Suid. v. ἐντέτηκεν supplendo tacite adoptat, ita ut neque erroris meminerit in Coll. crit. p. 149 admissi nec meae correctionis. Istam taciturnitatem quo pacto explicem, nescire me fateor: ignotam Cobeto mansisse disputationem meam tum demum credam, ubi ipse affirmarit.

sive Iamblichei libri § 75—78 in Epistologr. p. LXVII rettulit R. Hercher: qui disertis verbis testatur in Florentino libro legi διαγέεσθαι (non id quod ex Cobeti silentio necesse erat concludi, διαγεῖσθαι) p. 54, 11. γενησουμέναν (non γενησομέναν) p. 55, 6. σοφιστᾶν (non σοφιστῶν) p. 55, 10. τήνω (non τήνου) p. 55, 12. ἐνκίρναντι (non ἐγκίρναντι) p. 56, 1. βορβόρω (non βορβόρου) p. 56, 3. ἐπαφάνιξεν (non ἠφάνισεν) p. 56, 4. πρᾶτον (non πρῶτον) p. 57, 10. Vides haud paucas ab Herchero afferri codicis Florentini lectiones, quarum in Cobeti Collect. crit. nec vola nec vestigium extet: vere autem ea quae ex Hercheri Epistologr. modo attulimus legi in Florentino libro, ipse oculatus testis confirmo. Atqui Herchero in Pythagoreorum epistolis recensendis non id erat propositum ut omnes Iamblichi diversitates arcesseret, aut adeo discrepantias quae inter Kusteri editionem et Florentinum codicem intercederent omnes afferret: itaque nemo mirabitur spicilegio ex Epistologr. Hercheri collecto ne sextam quidem partem contineri lectionum earum quibus in Lysidis epistola discedit a Kusteriana editione codex Florentinus [15]).

---

[15]) Praeter ea quae ex Hercheri Epistol. attulimus, debebat Cobet has indicare codicis *F* lectiones ab editione Kusteriana discrepantis: φιλοσοφὲν (ubi φιλοσοφεῖν ed. Kust., quam *b* litera indicamus) p. 54, 2. τάπερ (τόπερ *b*) 54, 3. σικελικὰς (Σικελικᾶς *b*) 54, 4. γενέσθαι (γεύεσθαι *b*) 54, 5. μεταβάλλοιο (μεταβάλοιο *b*) 54, 5. 6. χαρήσσουμε (χαρήσομαι *b*) 54, 6. διαμεμνᾶσθαι γάρ φησιν (διαμεμνῶσθαι γὰρ φασὶν *b*) 54, 6. εἴη κα τῶν (εἴη κατὰ τῶν *b*) 54, 7. ποιεῖσθαι (ποιῆσθαι *b*) 54, 8. ὀρέγεντων (ὀρέγεν τοῖς *b*) 54, 9. τὲ ταῖν (τὰ ταῖν *b*) 54, 10. καὶ τισότατα (κατ' ἰτότατα *b*) 54, 11. τοιαῦτα (οἱ τοιαῦτα *b*) 55, 1. τῶς (σπίλους τῶς *b*) 55, 2. στάθεσσιν (στάθεσιν *b*) 55, 2. ἐγκεκολλασμένως (ἐγκεκολαμμένως *b*) 55, 3.

Intellexi fieri non posse ut de Iamblicheo libro recensendo cogitarem nisi nactus essem quam accuratissime factam codicis Florentini collationem: quem librum cum scirem ex Cobeti V. L. ed. alt. p. XXV scatere compendiis perplexis et intricatis et esse lectu difficillimum, conferendi laborem non aliis mandandum sed ipsi mihi subeundum putavi. Benevolentissime consilium meum adiuverunt COMES DEMETRIUS ANDREAE filius TOLSTOY, tunc temporis institutioni publicae in imperio Rossico praefectus, et CONSTANTINUS BASILII filius KEDROF, Instituti historici et philologici director: quorum virorum favore potissimum effectum est ut Florentiam adire mecum constituerem. Anteaquam iter istud ingrederer, adscribendam putavi exempli Kusteriani marginibus collationem codicis Florentini a Cobeto publici iuris factam, quam vel confirmarem vel supplerem vel corrigerem.

καθάπερ γὰρ οἱ (καθάπερ οἱ *b*) 55, 4. τῶν φιλοσοφίας (τῶν τῆς φιλοσοφίας *b*) 55, 7. 8. κἀγαθῶν (κ' ἀγαθῶν *b*) 55, 9. τοί πολλοὶ (οἱ πολλοὶ *b*) 55, 10. κράγοιον (κρήγυον *b*) 55, 11. θείων καὶ (θείων τε καὶ *b*) 55, 11. ἧς (ἦν *b*) 55, 12. προάλεις (προαλλεῖς *b*) 55, 14. ἀπεργάζοντε (ἀπεργάζονται *b*) 56, 1. οὕτω δὴ (οὕτω *b*) 56, 5. πεφύκαντι (ἐμπεφύκαντι *b*) 56, 6. προφανῶς (προφανῶς μὲν *b*) 56, 8. 9. αὐξηθῆ μὲν (αὐξηθῆμεν *b*) 56, 9. τὸ νοτιακὸν ονομαξε. μὴ (τὸ νοητικόν. ὀνομάξαιμι *b*) 56, 9. ἐπελθὸν (ἐπελθὼν *b*) 57, 1. ἀκρασίαν τὲ καὶ πλεονεξίαν (ἀκρασίην τε καὶ πλεονεξίην *b*) 57, 1. μὲν νῦν (μὲν οὖν *b*) 57, 2. ἐκβεβλαστάκοντι (ἐξεβλάστησαν *b*) 57, 2. 3. γάμοι καὶ (γάμοι ἐπιθυμίαι καὶ *b*) 57, 3. διώκουσαι (ἐκδιώκουσαι *b*) 57, 4. 5. ἐκπέφυκαν (ἐκπεφύκαντι *b*) 57, 9. ἁρπαγαὶ λαστεῖαι (ἁρπαγαί τε καὶ λῃστεῖαι *b*) 57, 9. δι' ὧν (δεῖ ὧν *b*) 57, 10. αἷς (ταῖς *b*) 57, 11. σιδήρω (σιδάρῳ *b*) 57, 11. ἐκκαθαίροντας (ἐκκαθᾴραντα *b*) 57, 12. εὑρομένων (εὑρόμενον *b*) 57, 12. τὸ τανικάδε (τοτηνικάδε *b*) 57, 13. ἐμφυτεύεν τί (ἐμφυτεύειν τι *b*) 57, 13. παραδίδομεν (παραδιδόμεν *b*) 57, 14.

Eo ipso tempore quo Petropolin eram relicturus, legi in Mus. Rhen. vol. XXXIV Iamblichei de vita Pyth. libri editionem parari ab Ervino Rohde. Dolui de hoc Rohdii consilio non prius me edoctum fuisse: iam enim eo res adducta erat ut in proposito persistendum arbitrarer. Itaque mense Iulio a. 1879 Florentiam petii et codicem, cuius copiam liberalissime nobis fecit Nicolaus Anziani bibliothecae Laurentianae praefectus, quam potui diligentissime contuli. Nec poenituit me impensae operae: inveni enim a Cobeto omissas et falso indicatas codicis lectiones locis multo pluribus quam expectaveram. Triplex autem genus est errorum in quos necesse sit induci eum qui ex Cobeti Collectaneis criticis codicis Florentini lectiones eruere voluerit.

Primum enim largissimus errorum proventus oritur inde quod contulit Cobet codicem cum Arcerii exemplo, at in Collectaneis criticis, cum careret editione principe, deceptus est Kusteri eumque secutorum editorum lectionibus. Nimirum plurimis locis Kuster vel suas vel aliorum secutus coniecturas a libris et editione principe inscio lectore discessit, unde qui Cobetianae collationi fidem habuerit, Florentini libri auctoritate niti credet innumeras scripturas nullo in codice obvias, sed per unius Kusteri libidinem Iamblicho obtrusas. Exempla qui desiderarit, comparet has Florentini codicis lectiones a Cobeto silentio praetermissas, quibus Kusterianae editionis scripturas uncis inclusas apponimus: κεφαληνία (Κεφαλληνίᾳ) p. 8, 3. 11. κεφαληνίας (Κεφαλληνίας) 8, 6. προσαγορεύουσί τε (προσαγορεῦσαί τε) 8, 11. ἀγκαῖε (Ἀγκαῖ') 8, 13. γεγενημένης (γεγεννημένης) 9, 4. περὶ τέκνου

(περὶ τοῦ τέκνου) 10, 4. ὑγείαν τὲ (ὑγίειάν τε) 14, 1. αὑτοῦ (αὐτοῦ) 14, 3. αὑτοῦ τὲ καὶ (αὐτοῦ καὶ) 15, 6. καὶ πολλοῖς (καὶ τοῖς πολλοῖς) 15, 11. οἷον (καὶ οἷον) 16, 8. γεῦσαί τε πάντως βουλόμενος (γεῦσαι μὲν πάντως ἐβούλετο) 17, 23. λογισάμενος (λογισάμενός τε) 18, 4. οἷός τέ (οἷός τ') 19, 9. αὑτοῦ (αὐτοῦ) 20, 13. αὑτῶ (αὐτῷ) 21, 17. πλέονες (πλείονες) 22, 10. ὁμοῦ παισὶ (ὁμοῦ σὺν παισὶ) 22, 12. δι' ὃν (δι' οὗ) 23, 13. τὰ φίλων (τὰ τῶν φίλων) 24, 11. ἀπογόνων δὲ (ἀπογόνων) 25, 10. συμβουλευτικοῦ (συμβουλευτικῷ) 25, 14. ἀμαθίαν (ἀμάθειαν) 26, 1. διαριθμήσαντες (διαριθμήσαντας) 27, 1. ἐναντίον γεννῆσαι (γεννῆσαι ἐναντίαν) 29, 1. τῆς ἰδίας (τῇ ἰδίᾳ) 29, 1. ἕτερα (καὶ ἕτερα) 31, 5. ἅπαντα (καὶ ἅπαντα) 32, 11. κοινῇ (κοινὴν) 32, 15. ἑκούσιον (ἑκουσίαν) 33, 15. ἀγώνων (ἀγώνων τινὰς) 36, 8. ἔχωσι τοὺς (ἔχωσιν αὐτοὺς) 37, 9. διότι (ὅτι) 38, 13. ὡς φασὶ (ὥς φασι) 42, 3. ὁρκώσας (καὶ ὁρκώσας) 42, 4. περὶ τοῦ εἰπεῖν (om.) 42, 9. συγκεκραμμένων (συγκεκραμένων) 45, 10. ταχῶν δὲ (ταχῶν τε) 46, 8. ἄξιον (καὶ ἄξιον) 47, 1. κατάληψιν (κατάλαμψιν) 47, 12. ἐν τοῖς (τοῖς) 48, 16. δόξης δὲ (δόξης τε) 49, 4. θνητοῦ τῶν (θνητοῦ καὶ τῶν) 50, 2. ἑαυτῷ (αὐτῷ) 50, 2. πυθαγόρας (Πυθαγόρας ἐγένετο) 50, 7. πρὸς θεοὺς (πρὸς τοὺς θεοὺς) 50, 7. 8. Sed plura afferri nemo requiret [16]).

---

[16]) Cobet cum Florentini codicis lectiones plurimas ignoraret, interdum acta egit, pro falsis Kusteri scripturis restituens id ipsum quod in libris Iamblichi quantum scimus omnibus habetur (velut τοῦτο μὲν § 225 p. 157, 6 recte iussit scribi Coll. crit. p. 344. 396, ubi εἰς τοῦτο μὲν lectore inscio substituerat Kuster, cuius interpolationem servarunt insecuti editores); alibi Kusteri erroribus ad falsas suspiciones delatus est: sic

Deinde haud raro accidit Cobeto ut discrepantes ab editione principe (*a*) et Kusteriana (*b*) lectiones codicis Florentini praetermitteret, velut ψευδέσι τὲ (ψεύδεσι τε *a*, ψεύδεσί τε *b*) p. 7, 10. δὲ (δ' *ab*) 8, 14. τὲ ὄν (τ' ὅν *a*, τ' ὄν *b*) 9, 8. εἰς (ἐς *ab*) 10, 2. ἐπιρωννύμενος (ἐπιρρωνύμενος *a*, ἐπιρρωννύμενος *b*) 11, 9. ἐνθυμίων (ἐνθυμιῶν *ab*) 17, 16. ταυρομένιον (Ταραμενὰς *a*, Ταυρομενὰς *b*) 25, 6. εἰς (ἐς) 26, 8. συβάριδος (Συβαρίδος) 26, 14. προτερεῖν (προτέρους) 28, 7. ἑαυτοὺς (αὑτοὺς) 28, 17. χρησμῷ δήσαντα (χρησμωδήσαντα *a*, χρησμῳδήσαντα *b*) 30, 5. 6. προσήκειν δεῖ (προσήκειν δὲ) 33, 4. τῆς δ' (τῆς δὲ) 36, 14. ἡττηθῶσιν (ἡττήθωσιν) 37, 18. γίγνεσθαι (γίνεσθαι) 38, 5. ἀμελητὶ (ἀμελετὶ *a*, ἀμελλητὶ *b*) 42, 12. 13. βόθρου τὲ (βόθρου τ') 44, 6. ἐγίγνωσκε (ἐγίνωσκε) 44, 12. ἐγίγνοντο (ἐγίνοντο) 44, 20. ἀπήλαττε (ἀπήλλαττε) 45, 11. 12. ἀπήλασσε (ἀπήλλασσε) 45, 16. οὐκέθ' (οὐκ ἔθ') 46, 1. ὁπότε (ὅππotε) 47, 19. ἐχεμύθειαν τὲ (ἐχεμυθίαν τε) 48, 16. Haec sufficere arbitror.

Denique non desunt loci ubi falsa de Florentini codicis scriptura Cobet prodat, vel vetustarum editionum erroribus ad codicem translatis vel compendiis codicis minus recte lectis vel propter alias nescio quas causas. Quosdam istius generis errores in adnotatione critica tetigimus (cf. § 32 p. 24, 16. § 46 p. 33, 4. § 137 p. 100, 16. § 216 p. 152, 13. § 254 p. 178, 3. § 267 p. 189, 8):

---

§ 74 p. 53, 11 cum νὴ pro καὶ νὴ tacite scripsisset Kuster, Cobet νὴ particulam voluit abici (Coll. crit. p. 350), ubi καὶ νὴ in κοινῇ mutandum esse viderat Hirschig, et § 249 p. 174, 3 cum nesciret γὰρ particulam a Kustero (vel ut rectius dicamus ab Obrechto) esse inculcatam, isto additamento nixus οὗτοι γὰρ δὴ νεώτατοι scribendum proposuit.

alios hoc loco enumerabimus[17]). § 1 p. 7, 4 μόνως praebet *F* (non μόνον ut ait Cobet p. 307 Kusteri interpolatione deceptus). § 48 p. 34, 2 τοῖς τε κατὰ τὴν οἰκίαν (τοῖς κατὰ τὴν οἰκίαν Cobet p. 477). § 50 p. 35, 6 ἀποδοθείσης (ἀποδοθ Cobet Orat. de arte interpr. p. 76. V. L. p. 168. Coll. crit. p. 329 sq.). § 68 p. 48, 10 καὶ τὰς τοῦ ἐμφύτου (καὶ τοῦ ἐμφῦ Cobet p. 347). § 86 p. 63, 11 μὲν οὖν ἐπιλέγεται (μὲν ἐπιλέγεται Cobet p. 478). § 93 p. 69, 6 διὰ τῶν θυσιῶν (διὰ τῶν θυσίμων Cobet p. 356). § 109 p. 80, 1 εἴργεσθαι πάντας (εἴργεσθαι πάντως Cobet p. 367, qui quod dicit πάντας coniecisse Scaligerum, Kiesslingii errorem propagavit). § 120 p. 88, 5 ἐκ τοῦ αὐτοῦ διετράνωσεν (ἐκ τοῦ διετράνωσεν Cobet p. 479). § 120 p. 88, 12 καὶ τόνος. καὶ τόνος. ἄλλο (καὶ τόνος. ἄλλο Cobet p. 479). § 139 p. 102, 12 οὐκ ἔστι οὐδὲν (οὐκέτι οὐδὲν Cobet p. 479). § 141 p. 103, 10 ἧς ἄνευ (οὗ ἄνευ Cobet p. 376). § 142 p. 103, 13 ὑμῖν (ἡμῖν Cobet p. 376). § 145 p. 106, 3 παρὰ (περὶ Cobet p. 377) ὀρφεῖ. § 146 p. 107, 1 μνημάρχ (μνησάρχ Cobet p. 368). § 147 p. 107, 11 τοῦ δὲ λεγομένου (τοῦ ΔΕ ΤΟΥ λεγομένου Cobet p. 378). § 148 p. 108, 11 εὔρυτος μὲν ὁ (εὔρυτος ὁ Cobet p. 479). § 149 p. 109, 5 παρὰ (περὶ Cobet p. 378) τὸ δεῖπνον. § 150 p. 110, 3 οὔ μὰ (οὐ μὰ Cobet p. 479). § 183 p. 133, 3 ἀρχῆς τὲ καὶ (ἀρχῆς καὶ Cobet p. 385). § 190 p. 137, 18 ὑπαγορεύη (ὑπαγορεύει Cobet p. 387). § 198 p. 142, 15

---

[17]) Ubicunque in hoc qui sequitur indice Cobeti nomini apponuntur paginarum numeri, operis titulo non addito, Collectanea critica volumus intellegi.

ὧν ἴδια (ὡς ἴδια Cobet p. 480). § 200 p. 143, 8 γίνεσθαι (γίγνεσθαι Cobet p. 390). § 204 p. 145, 9 τὸν πῶλον (τὸν παῖδον Cobet V. L. p. 168. Coll. crit. p. 390). § 225 p. 157, 7 ἐπεγρίαι (ἐπαγρίαι Cobet p. 396. 480). § 229 p. 160, 6 ἐκκεκριμένων (ἐγκεκριμμένων Cobet p. 348). § 233 p. 162, 1 κατακεχωρισμένην (—μένον Cobet p. 397). § 236 p. 164, 12 ἐγγυήσεσθαί τε (ἐγγυήσασθαί τε Cobet p. 398). § 243 p. 169, 10 ὠρειθυίας (ὠρειθυίας Cobet p. 401). § 247 p. 172, 7 ἐν (καὶ ἐν Cobet p. 480) αἰνίγμασί τισι. § 255 p. 179, 3 σιωπόμενον (σιωπώμενον Cobet p. 404). § 255 p. 179, 7 ἰδιασμὸν (ἰδίασ μὲν Cobet p. 405). § 257 p. 181, 1 συμπαιδευομένους (παιδευομένους Cobet p. 405). § 265 p. 186, 13 περικεκρατηκέναι (κεκρατηκέναι Cobet p. 409. 480). § 267 p. 189, 8 εἰρίσκος (ἀρίσκος Cobet p. 481).

Afferenda haec duxi non ut vituperarem Cobetum, cuius collationem utilissimam mihi fuisse grato animo profiteor, sed ut ostenderem iterata post Cobetum codicis Florentini collatione opus fuisse, atque ut veniam impetrarem, si forte ipse in conferendo libro ad legendum haud facili lapsus essem. Quod ut raro accidisse mihi arbitrer debeo insigni humanitati duorum virorum, qui benevolentissime suam mihi operam commodarunt. Etenim ERVINUS ROHDE cum de meo consilio audisset, non solum ab edendo Iamblichi libro abstitit, sed etiam utendum aestate a. 1880 concessit mihi editionis Didotianae exemplum, in cuius marginibus et coniecturas quasdam et discrepantiam codicis Florentini a se collati adscripserat. Diligenter examinata hac Rohdii collatione inveni locos quosdam ubi aut discreparent nostrae col-

lationes aut in Kusterianae et Didotianae editionis dissidio neuter Florentini libri lectionem adnotasset. Novae dubitationes passim mihi ortae sunt cum adnotationem criticam elaborans incidi in Kusterianae editionis lectiones ab editione principe et codice Cizensi discrepantes, quas nescirem utrum confirmaret codex Florentinus necne. His in angustiis officiosissime et liberalissime mihi succurrit HIERONYMUS VITELLI professor Florentinus artis palaeographicae peritissimus, qui quotiescunque per literas eum adii, desideriis meis promptissimo animo satis fecit et plurimis de locis quae scire mea interesset humanissime mecum communicavit. Eodem viro egregio intercedente contigit nobis ut duae paginae codicis Florentini photolithographicae artis ope redderentur: quod optimi libri simulacrum omnibus quibus haec studia cordi sunt gratissimum fore confidimus.

Diximus supra (p. IX) Kiesslingium usum esse codice Cizensi. Librum mediocrem non omnino aspernandum arbitrabur cum alias propter causas tum quod § 62 p. 43, 6 praebere diceretur κηλῶν veram me iudice lectionem, ubi κυκλῶν legitur in Florentino. Neque constabat verum esse quod Cobet dixit Florentinum codicem ceterorum omnium esse archetypum. Itaque aestate anni 1880 operam dedi ut Cizensem librum nanciscerer: qua in re a cognato mihi FR. H. MUELLERO scholae Cizensis professore amicissime adiutus sum. Variis autem difficultatibus obortis res protracta est, ita ut anno demum 1882, cum primae XL paginae meae editionis typis essent descriptae, rusticanti mihi Cizensis libri copia fieret. Vidi librum esse pessimum et a Kiesslingio

parum accurate collatum: ipse integrum contuli, sed pleraque eius vitia indigna duxi quorum mentionem facerem.

Kuster in adnotatione Iamblichi verbis subiecta plus viginti locis commemorat coniecturas ab viro docto „*ad marginem codicis Spanhemiani*“ adscriptas, atque in praefationis loco eo quem supra p. V sq. attulimus, dicit ex Ezech. Spanhemii bibliotheca, quae Berolini sit, nactum se esse exemplar Iamblichi, in cuius margine extent variae lectiones codicis Parisiensis eius quo ipse usus sit, et coniecturae quaedam et emendationes viri docti, quem Iosephum Scaligerum esse putet, a Nic. Rigaltio adscriptae. Intererat mea ut scirem qualis iste esset Spanhemianus codex et adscriptae in marginibus coniecturae utrum recte an secus Scaligero tribuerentur. Sciscitatum me his de rebus lubentissime et peritissime edocuit VALENTINUS ROSE, quo auctore et adiutore petii et facile impetravi ut codex qui a Kustero appellatur Spanhemianus huc mihi mitteretur. Est autem codex iste non liber manu scriptus, sed Arcerianae editionis exemplum, quod ex Spanhemii libris in Berolinensem bibliothecam pervenit. In marginibus libri quae nitidissima manu adscripta leguntur, duplicis sunt generis, partim *MS. Regii* (hoc est codicis Parisini a Kustero usurpati) lectiones, quae plerumque sine ulla nota apponuntur, partim quae literis *Sc.* vel *Scal.* appositis distinctae sunt coniecturae Scaligeri: hunc enim significari potissimum apparet ex appendice quam Iamblichi Protreptico subiunxit Arcerius: ubi primae Theanus epistolae nihil adscriptum est, iis vero quae inde ab altera eiusdem epistola leguntur

(p. 165—175) titulus praemittitur *Scaligeri emendationes* nomine plene scripto. Has notas quotquot in Berolinensis libro marginibus extant cum diligenter descriptas in editionis Arcerianae exemplum transtulissem, intellexi Kusterum sicut alibi ita in codicis sui Spanhemiani usu nec prudenter nec religiose esse versatum [18]).

Iisdem Rigaltii notis post Kusterum atque isto diligentius usus est Kiessling: qui cum non ipsum exemplum Berolinense inspexisset, sed quae ab aliis acceperat referret, non miramur quod de Parisini codicis scripturis et Scaligeri coniecturis passim prodiderit ea quae cum Rigaltii testimoniis et cum rerum veritate dissentiant [19]).

---

[18]) Multas Scaligeri coniecturas cum neglexerit Kuster, perversissimas quasdam (velut ὅ ἐστι διὰ γραμμῶν § 22 p. 18, 15. ἀφαγιασμοὶ § 64 p. 44, 22. ὑπὸ τῶν μὲν ἐχόντων § 152 p. 111, 7) commemoratione vel adeo approbatione dignas iudicavit: idem quaedam a Scaligero inventa sibi maluit quam auctori tribuere (velut ὡς δεῖ § 212 p. 149, 21. ἀτλήτοις § 217 p. 152, 17). Parisini libri lectiones haud raro ex Rigaltio descripsit Kuster non ratus ipsum codicem esse inspiciendum: saepius atque etiam in apertissimis vitiis (velut ὁ παραδεδωκὸς § 146 p. 106, 16) neque Parisinum librum neque Rigaltii notas curavit.

[19]) Identidem quae Scaligerum coniecisse Rigaltius tradit, tanquam Parisini codicis lectiones a Kiesslingio afferuntur, velut ἀπολελοίπει § 21 p. 18, 10. καταστρέφουσιν § 123 p. 90, 7. ὅτι § 136 p. 99, 16. λοιπὰ § 159 p. 116, 15. εἴδη § 160 p. 117, 11. ἀπερισκέπτου § 212 p. 149, 17. παραστήσειεν § 234 p. 163, 6. Non ἀνισταμένου, ut ait Kiessling, sed ἀνισταμένους § 256 p. 179, 15 scribi voluit Scaliger, et ἀπολείπειν § 21 p. 18, 10 Logani est coniectura, non Scaligeri. Quod Kiessling contendit § 74 p. 53, 11 κατ' ἐνδεὲς (pro καὶ νὴ Δί') ante Loganum coniecisse Scaligerum, nescio unde petierit. Non τοῖς μάγοις ἄσμενα sed τοῖς μάγοις ἀσμένοις ἄσμενος § 19 p. 17, 7 praebet codex Paris., sicut αἴτιοι (non αἴτιον) § 47 p. 33, 14. παρίεμεν (non παρήσομεν) § 63 p. 44, 11. Pro δόμεναι § 253 p. 177, 12 in Paris. esse διδόμενα dicit Kiessling, Rigaltius διδόμενοι annotat, διδόμεναι ibi legi docuit Alfredus Iacob. Denique

Nos adhibito Berolinensi exemplo ea quae Kuster et Kiessling eodem ex fonte hausta attulerunt, passim correximus. At ne Rigaltius quidem quae adscripsit omnia recte se habent. Leve est illud quod saepissime in Berolinensis exempli marginibus accentuum et spirituum notas vel neglectas videmus vel confusas: multo magis dolemus de Parisino libro haud raro falsa referri. Quod v. c. ad ἀκροάσει § 30 p. 22, 9 tanquam Parisini libri lectio adscribitur ἀποκρίσει, non possumus quin errori tribuamus; non διδόμενοι, ut ait Rigaltius, sed διδόμεναι § 253 p. 177, 12 in Paris. haberi iam diximus (ann. 19); commentum arbitramur omni fide destitutum quod ad verba καὶ βίος ἅπας — ἐστὶ § 137 p. 100, 9—11 in Berolinensi editionis principis exemplo adscriptum legimus, *desunt in Ms. Regio*: similiter alibi fabulosa narrat Rigaltius. Idem passim confundit Scaligeri coniecturas et codicis Parisini lectiones, plerumque ita ut male omittat Scaligeri nomen, interdum ut idem falso apponat [20]).

---

§ 267 p. 193, 12 Φίλτος affertur e Paris. codice a Kiesslingio, ubi legitur in Berolinensi exemplo Φίλτυς, quod Alfr. Iacobo teste Φίλτις esse debebat.

[20]) Ut quaedam afferamus exempla, non recte omissum est Scaligeri nomen quod apponendum erat verbis τῶν νεωτέρων § 37 p. 28, 1. ὑπάρχουσαν § 45 p. 32, 7. μέλλοντας § 46 p. 32, 17. αὐτούς § 48 p. 34, 1. ὑπακούσοντος § 51 p. 36, 3. δεῖν ὑπολαβόντας § 53 p. 36, 13. ἀετοὶ § 62 p. 43, 2. θυλημάτων § 98 p. 72, 7. παιδαρτύσεις § 101 p. 75, 4. ὁμιλίας § 137 p. 100, 9. ἑκουσίας § 183 p. 133, 4. ἀτλήτοις § 217 p. 152, 17. συγκαταθέσθαι § 236 p. 164, 20. ubi quas in adnotatione critica de Rigaltii fide movimus suspiciones postea confirmatas vidimus disertis Alfredi Iacobi testimoniis. Contrarium errorem admissum esse suspicor in § 87 p. 65, 3. ubi tradit Rigaltius id quod Kuster et Kiessling repetunt, pro ἐκείνους (quae est vitiosa in ed. Arc. et Kust. scriptura)

Inprimis vero Parisini codicis collatio quam Rigaltius sive fecit ipse sive ab alio factam edidit, eo laborat incommodo quod saepe quae recenti manu adscriptae sunt correctiones vel lectionis varietates tribuuntur codici. Hinc factum est ut in Parisini libri lectionibus afferendis errores passim admitterem, quos in additamentis huic praefationi subiectis ut corrigerem sedulo operam dedi. In adnotatione critica perscribenda duo potissimum mihi patebant fontes unde Parisini codicis lectiones cognoscerem: editio Kusteri, qui raro codicis sui mentionem facit, et adscriptae in principis editionis exemplo Berolinensi notae Rigaltii, qui et ipse innumeras quae inter codicem Parisinum et Arcerii editionem indercedunt lectionis discrepantias silentio praeteriit: insuper in c. XXV codicem Parisinum mea gratia contulerat LUD. MENDELSSOHN professor Dorpatensis mihi amicissimus, cuius simile beneficium in commentario de Pythagorae aureo carmine mihi impertitum p. 203 commemoravi: eodem teste usus dixi § 100 p. 73, 10 περὶ γονέων in Parisino codice haberi, ubi libris invitis et invita ratione ἐπὶ γονέων edidit Kuster. Quae a Rigaltio produntur codicis Parisini lectiones litera *P'* distinxi, cum eiusdem libri lectiones aliunde petitae *P* litera indicentur [21]). Absoluta demum

---

emendasse ἐκεῖνος Scaligerum, cum ἐκεῖνος legatur in cod. Parisino sicut in Flor. et Ciz. Nec dubito quin errori imputandum sit quod ad κυκλῶν p. 43, 6 in Berolinensi exemplo annotatur «κηλῶν Sc.»: etenim κηλῶν suppeditant codices Paris. et Ciz., ἀετοὶ perversa est Scaligeri coniectura, ubi libri quantum scimus omnes αὐτοὶ praebent.

[21]) Quod de § 134 p. 97, 14 adnotavi, ἁπτόμενοι *P*, ἀπτόμενοι *P'*, nititur Kusteri et Rigaltii de Parisini codicis lectione dissensu, quorum

Iamblichei libri recensione plenam et accuratam accepi Parisini codicis collationem ab ALFREDO IACOB liberalissime mecum communicatam: quo viri solertissimi et humanissimi beneficio maxime obstrictum me esse sentio.

Posteaquam exposui quibus subsidiis et adiumentis in recensendo Iamblichi libro usus sim, consentaneum videtur de tribus codicibus a me adhibitis et de ratione quam in eorum lectionibus indicandis secutus sim pauca addi.

Florentinus codex bibliothecae Laurentianae (plutei LXXXVI codex 3), quem *F* litera indicavi, chartaceus est et formam refert eandem quam tabulae photolithographicae huic libro additae. Duabus constat partibus, quarum prior una manu scripta saeculo quarto decimo foliis 162 continet quattuor qui ad nos pervenerunt Iamblichi libros, altera (fol. 163—231) diversis manibus scripta congeriem refert variis ex elementis conflatam: argumentum indicavit Bandini Catal. cod. Gr. bibl. Laur. III p. 288 sqq. In priore parte, quam solam spectamus, liber περὶ τοῦ Πυθαγορείου βίου pertinet usque ad fol. 46 v., sequuntur ὑπομνήματα περιέχοντα τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους εἰς φιλοσοφίαν (fol. 46 v.—82 v.), περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης λόγος γ′ (fol. 83 r.—

hic ἁπτόμενοι in margine editionis Arcerianae adscripsit, ille ἁπτόμενοι *ex MS.* pro ἀποτεμόμενοι se reposuisse dicit. Nunc per Alfredum Iacobum edocti scimus in ἀποτεμόμενοι scriptura cum Flor. Ciz. ed. pr. consentire codicem Parisinum, qui ἁπτόμενοι in margine adscriptum praebeat manu recenti. Item § 148 p. 108, 10 et § 160 p. 117, 6 diversa a Kustero et Rigaltio de Parisino codice referri significavimus: utroque loco falsa prodidisse Rigaltium testatur A. Iacob.

115 v.) editus in Villoisoni Anecd. vol. 2 p. 188 sqq., denique περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς (fol. 115 v.—162 v.) liber a S. Tennulio editus a. 1668. Singularum paginarum versus constanter fere sunt viceni septeni. Tribus primis libris praemissa sunt argumenta capitum; uni cuique quattuor Iamblicheorum librorum subiectae sunt notae quibus τῶν στίχων numerus indicetur: qua de re accuratissime disputavit H. Vitelli *Spicil. Fiorentino* (*Museo italiano di antichità class.* I) p. 4 sq. In ipso principio libri index habetur librorum Iamblicheorum ad Pythagoricam philosophiam spectantium hic:

Οἱ ἐννέα λόγοι Ἰαμβλίχου περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἱρέσεως.

α Περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου.
β Προτρεπτικὸς ἐπὶ φιλοσοφίαν.
γ Περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης.
δ Περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς.
ε Περὶ τῆς ἐν φυσικοῖς ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης.
Ϝ Περὶ τῆς ἐν ἠθικοῖς ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης.
ζ Περὶ τῆς ἐν θεοῖς[22]) ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης.
η Περὶ γεωμετρίας τῆς παρὰ Πυθαγορείοις.
θ Περὶ μουσικῆς τῆς παρὰ Πυθαγορείοις.

---

[22]) Sic *F*: requiri videtur θεολογικοῖς, cf. Iambl. in Nicom. arithm. introd. p. 176 C. Ceterum plenum hunc indicem unus videtur *F* servasse: in *PC* postquam quarti libri περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς mentio facta est, haec fere subiciuntur, ὃς περιέχει καὶ περὶ ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης καὶ περὶ γεωμετρίας καὶ περὶ μουσικῆς τῆς παρὰ Πυθαγορείοις. Quae facile apparet ex uberiore codicis *F* indice absurde esse contracta.

Subiciuntur huic indici continua serie perscripta capitum argumenta primi libri qui est de vita Pythagorica, κεφάλαια τοῦ πρώτου λόγου περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου (p. 1—5 huius libri). In ipso Iamblichi opere repetuntur eadem argumenta ita ut suum cuique capiti argumentum in margine appositum sit[23]). Item leguntur in marginibus adnotamenta quaedam sive scholia nec manu eadem neque eodem tempore scripta, pleraque nullius pretii, quippe quae rerum ab Iamblicho narratarum argumentum significent vel singula nomina repetant vel interpretationes contineant. Haud raro ση(μείωσαι) et ὡρ(αῖον) notis indicantur res quae lectori cuidam memorabiles visae fuerint. Istas adnotationes plerasque omisimus, nec magis repetendum duximus computatum in extremo capite secundum singulas urbes Pythagoreorum

---

[23]) Discriptionem capitum servavi eam quae Florentino libro indicatur, nisi quod capitis XIII initium feci id quod Arcerius ceterique editores omnes habent, qua de re dictum p. 41, 8. Vix enim commemoratione dignum est quod in Florentino libro vitiosi sunt numeri extremorum quinque capitum initiis adscripti, cf. quae p. 150, 15 diximus. Cum Florentino codice consentit fere Parisinus, qui tamen interdum capitum notas omittit: in Cizensis libri marginibus raro capitum notae adscribuntur caeque plerumque falsae. A prioribus editionibus nostra capitum discriptio discrepat his in rebus: caput V in una Arcerii editione ab verbis εἰς Σάμον p. 17, 10 orditur; cap. VI initium faciunt Kuster Kiessling Westermann ab verbis καὶ οὗτοι p. 22, 7; vulgo incipit c. VIII ab verbis καὶ κατ' ἐκεῖνον p. 26, 13; c. IX ab verbis ταῦτα μὲν p. 31, 18; c. XX ab verbis ὀλίγα δὲ p. 69, 14; solae Arcerii et Kusteri editiones ordiuntur c. XXI ab verbis μετὰ δὲ p. 71, 11; c. XXVI editiones ante meam omnes ab verbis ἐπεὶ δὲ p. 84, 5. Paragraphos sive sectiones in Iamblichi libro distinxit Kuster, quem Kiessling et Westermann non sine levioribus quibusdam discrepantiis secuti sunt; ego quamvis probare Kusterianas sectiones non possem, tamen nolui ista in re quidquam novare.

numerum. Quae cognitu haud indigna viderentur scholia ut scriptoris verbis subiecimus ita coniuncta p. 195—198 exhibuimus.

Scripturam codicis Florentini luculentissime repraesentant additae huic libro duae tabulae photolithographicae, quibus continentur scriptoris verba quae leguntur § 202—204 p. 144, 9—145, 19 et § 236—239 p. 164, 15—166, 16. Istis tabulis, quibus rite perficiendis benevolentissime prospexit H. Vitelli, melius imago codicis proponitur quam verbis fieri potest: itaque pauca addidisse sufficiet. Singula vocabula non relictis spatiis separantur, sed ex accentu et spiritu agnoscuntur: utrum v. c. τότε an τό τε, utrum ὥς τε an ὥστε in codice habeatur, incertum est. Nunquam ῤῥ scribitur, sed ubique ρρ. Mutum quod dicimus iota modo subscribitur vocali suae modo adscribitur [24]), sed plerumque omnino omittitur: itaque in addendo isto iota receptum potius usum quam codicis fidem secuti sumus [25]), neque operae pretium duximus priorum editorum dissensum ea in re commemorare. Nulla excusatione indigere arbitror quod

[24]) Adscriptum habes iota in verbis τῆι τοιαύτ(η) τάξει § 203 p. 145, 6 (tab. photolith. I v. 17). Sic alibi ᾳ scriptum est ita ut secunda diphthongus in εἶναι § 204 p. 145, 16 (tab. phot. I v. 25).

[25]) Quod ζῷον scripsi, in codice Florentino habetur ut alibi ita § 203 p. 144, 23 (v. tab. I v. 11). Hinc ζῳοποιεῖν potius quam ζωοποιεῖν requiritur p. 149, 17. Contra διέσωσεν retineri poterat p. 93, 13. Utrum πρᾷος rectius scribatur an quod ego servavi πρᾶος, decernere non ausim, quamvis sciam ΠΡΑΙΑΙΣ in titulo quodam (Corp. Inscr. 1598) haberi. Ceterum etiam illud fit ut loco non suo addatur iota mutum, velut § 146 p. 107, 1 πυθαγόρᾳ τῶ μνημαρ́ (χ superscr.) praebet *F*, πυθαγόρᾳ τῷ μνημάρχῳ *P*, πυθαγόρα (sic) τῷ μνησάρχω *C*.

saepe ὅ (οἵ) μὲν et ὅ (οἵ) δὲ scripsi, ubi libri ὁ (οἱ) μὲν et ὁ (οἱ) δὲ praebent[26]). Sicut alibi ita in Florentino haud raro οὐχ' habetur cum apostropho. Nec rari sunt in vocabulis encliticis accentus a recepto usu discrepantes, velut ἄλλό τι, ἄλλά τε, ὅτάν τινι, εἴπέρ ἐστι, ὥσπέρ τι, τὲ interdum ὀρθοτονούμενον, similia, quae annotare singulis locis nolui excepto uno verbo φημί, quod non recte, ut opinor, encliticum vulgo habetur: istius in verbi accentu ubicunque a Florentino libro discessi indicavi.

Quae adhuc commemoravimus levia sunt prae alia re. Florentinus codex est lectu difficilis propter ambiguitates ex scriptura non satis accurata et ex compendiis frequentissimis oriundas. Spiritu leni et accentu acuto in unum iunctis efficitur ductus circumflexi accentus simillimus, unde dubitari interdum potest utrum τἄλλα an τᾶλλα codex praebeat (cf. quae diximus in § 228 p. 158, 17). Item ubi spiritus asper et acutus accentus continuo scribuntur, facile potest fieri ut videaris compendium ασ

---

[26]) Scripturas tales quales sunt in *F* οἵ δ' § 86 p. 64, 6 et ὅ δ' § 177 p. 129, 8 repetendas arbitror inde quod δέ adversativam particulam veteres quidam grammatici encliticam habuerunt (cf. Lehrs Quaest. ep. p. 101), iudicio illi quidem usi rectissimo: hinc et in codicibus nostris accentus rationi conveniens saepe est servatus (v. Thes. Gr. L. vol. 2 p. 929 D) et apud Byzantinos quosdam poetas, qui grammaticum accentum spectant, revocandus non solum in trimetris iambicis et politicis versibus, sed etiam in heroico carmine Manuelis Philae vol. 2 p. 387 ed. Mill., ubi v. 71 scribendum χλαίνῃ μὲν σχεδίῃ περιλαμπέα, παιζόμενόν δε ὄλβῳ ἐπ' ὀθνείῳ, quoniam in carmine isto singuli versus (sunt autem nonaginta) finiuntur vocabulo aut paroxytono aut properispomeno. Ceterum eodem in carmine paulo ante (v. 66) ἐπίσχεν in ἐπίαχεν erat mutandum.

syllabae agnoscere: velut pro ὅς γε § 216 p. 152, 13 ὅσας γε praebent cod. *CP* idemque legit Cobet. Nolo commemorare compendia quaedam velut ως et ους syllabarum, περὶ et παρὰ praepositionum (tab. phot. I v. 18 et II v. 16), alia esse simillima, ita ut proclivis sit error: inprimis vero mirum est illud quod sicut eiusdem vocabuli varia sunt compendia, ita compendii eiusdem non eadem ubique est potestas. Ubi scriptum est ἀπόλλ^{ω}, optio datur inter tres formas, Ἀπόλλωνα Ἀπόλλωνος Ἀπόλλωνι (cf. § 7 p. 10, 11). Similiter quam incerta sit aliorum compendiorum potestas, ex hoc indice facile poterit perspici. Scribitur in codice Florentino

δίαι^{τ} f. 23 r. (i. e. δίαιταν p. 90, 13). λέ^{γ} f. 27 v. (λέγει p. 111, 15). πα^{θ} f. 43 v. (πάθει p. 176, 7). παρακα^{λ} f. 28 r. (παρακαλεῖ p. 113, 15). πο^{λ} f. 6 v. (πόλει p. 20, 8). παραγγε^{λλ} f. 28 r. (παραγγέλλει p. 113, 8). συμβαι^{ν} f. 11 r. (συμβαίνει p. 37, 15). κοινω^{ν} f. 29 r. (κοινωνεῖ p. 117, 13). ἐπεκρα^{τ} f. 43 r. (ἐπεκράτει p. 173, 17). ἔ^{χ} f. 31 r. (ἔχει p. 127, 11). ἀλη^{θ} f. 14 r. (ἀλήθεια p. 50, 17). ἐγκρα^{τ} f. 7 v. (ἐγκράτεια p. 24, 13). εὐα′ f. 20 v. (εὐάγειαν p. 78, 17). ἀλη^{θ} f. 28 v. (ἀλήθειαν p. 114, 16). ὠφε^{λ} f. 29 r. (ὠφέλειαν p. 119, 3). ἐπιμε^{λ} f. 43 r. (ἐπιμελείας p. 174, 6). κάτω^{θ} f. 22 r. (κάτωθεν p. 85, 13). εἰσέδρα^{μ} f. 22 r. (εἰσέδραμεν p. 85, 4). φάσκο^{ντ} f. 45 r. (φάσκοντες p. 184, 18). συνη^{θ} f. 27 r. (συνήθη p. 107, 12). σελη^{ν} f. 16 r. (σελήνη p. 60, 2). τεχνι^{τ} f. 23 v. (τεχνίτῃ p. 91, 12). αὐ^{τ} f. 25 r. (αὐτῇ p. 100, 2). συμβου^{λ} f. 45 r. (συμβουλήν p. 183, 11). μ^{γλ} f. 19 v. (μεγάλης p. 75, 23). βιτα^{λ} f. 26 v. (Βιτάλης p. 106,

13). ἐπιστή f. 27 r. (ἐπιστήμης p. 108, 5). λύ f. 14 r. (λύπης p. 50, 10). ὁσιό f. 7 v. (ὁσιότης p. 24, 11). ζηλω f. 41 r. tab. phot. II 25 (ζηλωτὴς p. 166, 13). ἡδο f. 14 r. (ἡδονῆς p. 50, 10). τελευ f. 8 r. (τελευτῆς p. 27, 15). σικε f. 7 v. (Σικελίᾳ p. 25, 12). ἱμα f. 19 r. (ἱμάτια p. 74, 2). ἐναν f. 20 v. (ἐναντία p. 78, 9). καλοκαγα f. 23 r. (καλοκαγαθίαν p. 90, 13). ἰτα f. 7 v. (Ἰταλίαν p. 26, 8). συμφω f. 28 r. (συμφωνίαν p. 114, 2). φι f. 14 r. (φιλίας p. 50, 6). αἰ f. 17 r. (αἰτίας p. 65, 14). καθο f. 35 v. tab. phot. I 9. (καθόλου p. 144, 20). ζυ f. 22 r. (ζυγοῦ p. 84, 13). ἐκεί f. 6 v. (ἐκείνου p. 21, 10). τοσου f. 38 v. (τοσούτου p. 156, 1). τε f. 14 v. (τέλους p. 53, 12). προαιρ f. 23 r. (προαίρεσιν p. 89, 19).

Hunc delectum compendiorum usitatissimorum et simplicissimorum qui perlustrarit, non mirabitur interdum *F* codicis scripturam dubitationi esse obnoxiam: velut quod § 209 p. 148, 9 in *F* legitur ὀψιμα tam ὀψιμάθεια potest esse quam ὀψιμαθία, et § 51 p. 35, 16 codicis Flor. compendio fortasse indicatur non τηρῆσαι, sed quod *PCa* praebent τηρεῖν.

Parisinus codex 2093 chartaceus saeculi XV continet superstites Iamblichi libros quattuor foliis 148 scriptos, quorum librorum primus qui est de vita Pythag., pertinet usque ad fol. 47 r. Diligentissime hunc librum cum mea editione contulit Alfredus Iacob, et contulit ita ut non solum discrepantias sed etiam consensum codicis et meae editionis plurimis locis diserte testaretur. Ipsius codicis quamvis exiguum sit pretium, tamen collatio quam insigni cum humanitate mihi impertiit A. Iacob, eo no-

mine fuit utilissima quod sic demum supplere et corrigere mihi licuit quae in adnotatione critica Kustero et Rigaltio confisus rettuleram [27]). Optabile sane erat antea quam adnotationem typographo traderem accurate collato uti libro Parisino: quod quoniam mihi non contigit, saltem operam dedi ut damnum repararem. Itaque quaecunque in adnotatione critica de Parisino codice falsa rettuli, correxi in addendis et corrigendis. Inprimis autem errores inde sunt repetendi quod apud Rigaltium transferuntur saepissime ad Parisinum codicem quae in margine huius codicis adscriptae sunt manu recentissima lectionis varietates: testatur enim A. Iacob quasdam in Parisino libro correctiones factas esse ab homine ei qui codicem scripsit propemodum aequali, plerasque deberi manui admodum recenti XVI fere vel XVII saeculi. Item mentionem feci Parisini codicis ubi scriptura quae ex solis editionibus antea innotuisset hoc in codice esset inventa. Denique cum plerumque Parisinum codicem et Cizensem vidissem inter se consentire, in dissensus commemoratione plerumque acquiescendum putavi. Utriusque autem libri plurima vitia tacui.

Cizensis codex chartaceus saeculi ut opinor XVI continet quattuor Iamblichi libros, quorum primus de vita Pyth. legitur fol. 1—57. Scriptus est codex duabus manibus, quarum priori debentur prima folia triginta, reliqua alteri elegantiori. Compendia nec multa sunt

---

[27]) Lectiones codicis Parisini per Rigaltium proditas *P'* nota indicavi, *P* spectat ad eiusdem libri lectiones a Kustero aut ab A. Iacobo commemoratas: qua de re dixi supra p. XXXII. Ubi de Parisini codicis scriptura non adesset disertum A. Iacobi testimonium, [*P*] nota usus sum.

nec difficilia: accentus gravis in hoc codice sicut in Parisino eadem fere est forma atque acuti. Capitum notae in marginibus raro adscriptae sunt neque eae quae cum praemisso capitum indice aut cum ceteris libris sive manu scriptis sive editis ubique conveniant: quam rem exemplis illustrare supersedeo. Scholia partim minio partim atramento scripta nihil continent quod et proprium sit huius codicis et memoratu dignum. Interdum in margine vocabula scriptoris fortuito omissa suppleta et errores correcti sunt. Saepius Reinesius spiritus, literas, vocabula omissa supplevit et coniecturas suas partim in margine adscripsit, partim ipsis Iamblichi verbis intulit; idem editionis principis lectiones vel Heraldi coniecturas non nunquam annotavit. Primae manus scriptura sive Reinesii sive antiquiorum correctorum emendationibus haud raro obliterata est: inprimis iota subscriptum saepe ambiguum est utrum primitus scriptum fuerit an a correctore sit additum. Omnino autem codex Cizensis neglegentissime scriptus est et vitiis scatet innumeris, quorum pleraque tacenda putavi [28]), haud pauca ideo attuli ut corruptis locis non mederi codicem istum pateret. Ex silentio meo nolim quidquam de Cizensis codicis scriptura colligi: ubi affero huius libri lectiones a Kiesslingii testimoniis discrepantes, mihi fidem haberi velim,

---

[28]) Speciminis causa duabus ex paginis affero vitiosas codicis Cizensis lectiones in adnotatione critica a me non commemoratas: φαῖραν 172, 4. ἡ σύμπασαπᾶσα 172, 7. τωόντι 172, 9. δυσμήνευτα 172, 10. προσεπολέμου 172, 14. πλειόνες 173, 2. θρυβώδης (non βρυβώδης) 173, 5. σφόδρά τις 173, 11. ταύτην αἰτίαν (om. τὴν) 173, 14. οἰκία ἐκρότωνι 173, 20. Vix arbitror fore qui talium vitiorum mentionem desideret.

non Kiesslingio, cuius collatio parum sufficit [29]). In quadraginta primis editionis meae paginis codice Cizensi carui, unde factum est ut in addendis et corrigendis essent quae supplerem aut retractarem: inde a p. 41 ipsius codicis usus mihi suppetebat, quem cum Kiesslingii exemplo contuli.

Gravissima iam oritur quaestio de ratione quae inter Florentinum et ceteros qui adhuc collati sunt Iamblichei libri codices [30]) intercedat. Qua de re sententiam tulit Cobet Orat. de arte interpr. p. 109 sq. hanc: „*est in Laurentiana bibliotheca codex Iamblichi, optimae notae: reliqui omnes Iamblichi codices ex hoc uno fluxerunt, sed ita ut novi semper errores novaeque lacunae orerentur, ut quo sit recentior codex aliquis eo sit deterior.— Est autem codex Arcerii futilissimus et pessimus liber lacunis mendisque*

---

[29]) Cizensis codex praebet ὀκώνιμος (non ὀκώνυμος) § 25 p. 19, 18. διὰ τὸν (non διὰ τὸ) Ἡρακλέα § 40 p. 29, 4. παιδείαν (non παιδίαν quod § 43 p. 30, 16 habetur) § 43 p. 31, 1. εὐδιάπλιευστον (non εὐδιαπλίευστον) § 68 p. 49, 2. κράγιον (non κράγυον) § 76 p. 55, 11. τί ἐστι (non τί) σημαίνει § 82 p. 59, 19 (sed τί τοιαῦτα pro τί ἐστι τοιαῦτα p. 60, 1). εἰκότα λόγον (non εἰκαταλόγον) § 86 p. 64, 2. 3 (sed εἰκαταλογίαι pro εἰκατολογίαι p. 64, 1). ἂν non omittit § 101 p. 75, 1. Sed quid plura? — Iure suo innumeros codicis Cizensis errores silentio praeteriit Kiessling: quasdam eiusdem lectiones non debebat idem neglegere. Velut ubi § 185 p. 134, 3 πρός γε μὴν (pro μὲν) legendum conicit, scire debebat μὴν sicut aliis in libris ita in Cizensi extare, et § 160 p. 117, 14 cum Arcerii editione in ὄντος scriptura consentit Cizensis.

[30]) Nondum edocti sumus de codice Vaticano, ex quo Canter Pythagoreorum catalogum cum Arcerio communicavit, et de Memmiano, cuius lectiones editionis principis exemplo adscriptas commemorat Wyttenbach Animadv. in Plut. Op. mor. p. 295. 744 et in Plat. Phaed. p. 111. Sed certum arbitror neque hos neque alios plurimos multis in bibliothecis abditos et abdendos ad Florentini praestantiam accedere.

scatens, aliquanto melior Parisinus, quem longe superat bonitate Cizensis, qui ipse adeo multo deterior est Florentino, unde cum reliquis omnibus est propagatus" [31]).

Deteriorum librorum, sive apographa dicere mavis, pretium et mutuam rationem definiri posse putavit Cobet modo simplicissimo: cum enim nosset Iamblichi verba vitiosissima prostare in Arcerii editione, multa emendasse Kusterum, quaedam Kiesslingium, inde coniecit editores alium ex alio minus vitiosis usos esse codicibus: quam coniecturam falsam esse ipse Cobet scire debebat. Franequeranus quidem codex utrum praeferendus sit an posthabendus Parisino, etiam nunc latet, nec poterit ista quaestio dirimi nisi accuratius collato codice, quoniam Arcerio homini neglegenti eiusque editioni typographorum erroribus deformi non satis tuto confidimus. At inter eos qui huc usque innotuerunt Iamblichi codices unum esse pessimum et futilissimum Cizensem, sicut ego posteaquam non sine taedio exhausi istam ineptissimorum vitiorum officinam, oculatus testis assevero, ita vel ex Kiesslingii editione quivis dummodo velit facile poterit discere [32]).

---

[31]) Eadem fere prodocet Cobet V. L. ed. alt. p. XXV, ubi *primo* Iamblichi editori Arcerio Frisio tribuit *quartum* apographum, *secundo* editori Kustero *tertium*, *tertio* editori Kiesslingio *secundum.*

[32]) Quanto intervallo Cizensis codex non solum a Florentino, sed etiam a deterioribus libris distet, quaevis docet pagina: praeter alia quae ann. 28 et 29 commemoravimus, sufficiet attulisse § 124 p. 90, 13. ubi pro πίστιν τὸν ἐγκωμιάσαντα (sic recte *FPa*) in Cizensi πίστην τοῦ ἐγκομιάσαντα legitur, ut tot sint vitia quot vocabula. Luculentissime vero libri indoles apparebit ex omissis sive singulis vocabulis sive compluribus verbis. Deesse in Cizensi libro iam Kiessling recte docuit haec, quae extant in Parisino sicut in editione principe sive codice Franequerano: καὶ

Neque improbabile arbitror statutum a Cobeto deteriorum codicum ordinem esse invertendum, ita ut optimus iudicetur Franequeranus, secundum locum teneat Parisinus, tertium qui fortasse ex Parisino derivatus est Cizensis.

Quod contendit Cobet Florentinum codicem ceterorum esse archetypum, probabile arbitror, certum non dixerim.

παρὰ τῶν Ἐπιδαυρίων § 3 p. 8, 8. ἀκροάσει ὥς φασιν § 30 p. 22, 9. ὃς μόνος ἀναίμακτός ἐστιν, ἐθαυμάσθη παρὰ τοῖς ἐν τῇ νήσῳ· καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν πορευόμενος § 35. 36 p. 26, 12—14. παιδευθῆναι δὲ ἐνδέχεσθαι κατὰ § 44 p. 31, 7. 8. παθεῖν § 49 p. 34, 12. ὥστε τὴν χάριν τῆς ἀποδοθείσης εὐεργεσίας § 50 p. 35, 5. 6. ἔχωσι § 54 p. 37, 9. ἐπιπλοκῆς § 69 p. 50, 1. τῶν τήνου θείων τε καὶ ἀνθρωπείων παραγγελμάτων μηδὲ κοινὰ ποιεῖσθαι τὰ § 75 p. 54, 7. 8. οἱ δὲ μαθηματικοί. τουτωνὶ δὲ οἱ μὲν μαθηματικοὶ § 81 p. 59, 8. 9. ἀγωγῆς § 94 p. 69, 15. αὐτοῖς § 94 p. 70, 5. πρὸς τοιαύτην διαγωγήν· ἀκολουθεῖν γὰρ ἀγριότητα § 95 p. 70, 8. τοῦ δὲ γίνεσθαι § 101 p. 75, 1. οὕτως ἔχει ὄνπερ τρόπον ἡ παρὰ τὴν μικρὰν ἡ ὀκτὼ πρὸς μὲν τὴν τὰ ἓξ § 118 p. 86, 5. 6. ἤπου ἀλεκτρυόνα ἢ ἄρνα ἢ ἄλλο τι τῶν νεογνῶν, βοῦς δὲ μὴ θύειν § 150 p. 109, 11. 12. ἡ τοῦ § 160 p. 117, 8. διόπερ οὐ μόνα οὐδὲ μονογενῆ οὐδὲ ἁπλᾶ ὑπάρχει τὰ ὄντα § 160 p. 117, 10. 11. εἴωθεν § 171 p. 125, 6. δεῖ § 183 p. 133, 4. ἀρετὴν § 195 p. 140, 7. οὐ τῆς § 205 p. 146, 9. ἐν § 206 p. 147, 2. ῥηθέντα § 215 p. 151, 14. μεγάλην § 232 p. 161, 14. ἀποθανόντος καὶ Λιτάτους, ὅσπερ ἦν ἡγεμονικώτατος τῶν στασιασάντων § 263 p. 185, 3. 4. ὕστερον § 266 p. 188, 1. Item omittit unus Cizensis, id quod non indicavit Kiessling, verba καὶ τοῦ λεγομένου ἡμιτονίου. εἶτα προσληφθέντος ἄλλου τόνου, τουτέστι τοῦ μεσεμβοληθέντος, ἡ διὰ πέντε γίνεται, σύστημα τριῶν τόνων § 120 p. 88, 9—11. Alia quaedam verba omittit Cizensis, quae in editione principe extant, sed in Parisino aut omnino desiderantur aut recenti manu sunt suppleta, velut καὶ διαρθρωθέντι § 70 p. 50, 17. πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τῆς § 101 p. 74, 12. 13. ἢ τοῖς πολιτικοῖς § 150 p. 109, 11. καὶ τὴν τῶν καταλειπομένων § 152 p. 111, 13. μήτε ὑπὸ πόνου § 223 p. 156, 5. 6. Φίλτυς θυγάτηρ Θεόφριος τοῦ Κροτωνιάτου § 267 p. 193, 12.

Nititur ista sententia duobus argumentis: non solum longe optimus est codex Florentinus, ita ut deteriorum codicum discrepantiae pleraeque nullius sint pretii, sed permulti errores a ceterorum scribis commissi ex literarum formis vel ex compendiis Florentini libri facile explicantur. Ac de praestantia libri Florentini verba nos facere nihil attinet: editione nostra quod novam propemodum faciem Iamblichi liber induit, huic potissimum codici debetur, quo coniecturae criticorum plurimas vidimus confirmari, novarum emendationum insignis copia prodiit, denique lacunae quaedam sunt expletae (velut § 30 p. 22, 11. 12. § 207 p. 147, 5. 6. § 225 p. 157, 7. 8. § 235 p. 163, 8. 9. § 266 p. 188, 4. 5). Scribendi autem genere Florentini codicis proprio potuisse facile gigni corruptelas eas quae in deterioribus libris habentur, duobus exemplis ostendemus. § 243 p. 170, 2 editionis principis mira est scriptura, κεχρῆσθαι δὲ τῇ Δωρικῇ διαλέκτῳ καὶ τὸν Ὀρφέθον, et consentiunt in monstrosa forma ὀρφέθον Parisinus et Cizensis: genuinam lectionem ab Arcerio agnitam servavit Florentinus, sed scriptam ita ut librario parum attento facile ὀρφέθον legi potuerit, nimirum *F* praebet ὀρφέα. Altero loco § 204 p. 145, 9 deteriores libri haec fere habent, οὐκοῦν ἐπί γε τῶν λοιπῶν ζώων τοῦτο ὁρᾶσθαι συμβαῖνον, — ἀλλ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τόν τε σκύλακα καὶ τὸν παῖδα ταῦτα συνεθίζεσθαί τε καὶ μανθάνειν ἃ δεήσει πράττειν αὐτοὺς τελεωθέντας. Ineptum παῖδα mutandum esse in πῶλον recte perspexerunt Obrecht et Wakefield: ipsum istud πῶλον legitur in *F*, sed scriptum ita ut ῶ proxime ad αι accedat (v. tab. phot. I v. 20), unde παῖδον in codice legere sibi visus

est Cobet (cuius cf. V. L. p. 168 et Coll. crit. p. 390). Eundem errorem qui commiserat librarius pro παιλον sive παιδον suo arbitrio substituit id quod in deterioribus codicibus extat παῖδα.

Cum haec et similia admodum faveant Cobeti de Florentino codice sententiae, dubitationem afferunt loci haud pauci, ubi Florentini codicis vitia ex deterioribus libris sanantur. Sic § 9 p. 10, 19 μνήμαρχος *F*, μνήσαρχος *PC* (cf. § 25 p. 19, 21 ubi μνησάρχῷ ^{ου} *C*, § 146 p. 107, 1 ubi μνησάρχω *C*). § 42 p. 30, 5 χρησμῷ δήσαντα *F*, χρησμωδήσαντα *PC*. § 45 p. 32, 7 ὑπάρχου *FP*, ὑπάρχουσαν *C* (ut coniecerat Heraldus). § 47 p. 33, 4 δεῖ *F*, δὲ *PC*. § 47 p. 33, 9 ὡς καὶ τῶν *FP*, ὡς τῶν *C* (ut coniecerat Cobet Coll. crit. p. 327). § 54 p. 37, 17 μὴ δὲ *FP*, μηδὲν *C*. § 56 p. 38, 15 ποιήσεσθαι *F*, ποιήσασθαι *PC*. § 57 p. 39, 12 ἶσον *F*, ἴσον *PC* (ut corr. Cobet Coll. crit. p. 336). § 62 p. 42, 18 ὀλυμπιάσι *F*, ὀλυμπίασι *C*. § 62 p. 43, 6 κυκλῶν *F*, κηλῶν *PC* (*feliciter repertum* κηλῶν dicit Cobet Coll. cr. p. 340). § 63 p. 43, 16 ἐκεῖνος *F*, ἐκείνους *PC* (ut coni. Arcerius). § 75 p. 54, 5 μεταβάλλοιο *FP*, μεταβάλοιο *C*. § 79 p. 58, 1 ὡς τὸ *F*, ᾤετο (ὤετο *C*) *PC* (ut coni. Arcerius). § 80 p. 58, 12 ἀκοινῶν ἢ *F*, ἀκοινώνητον *PC*. § 80 p. 58, 14 μοίραν *F*, μοῖραν *PC*. § 83 p. 61, 6 τῷ (τῶ *F*) ἔθει *FP*, τὸ ἔθει *C* (ut coni. Wyttenbach et Kiessling). § 109 p. 80, 7 ἀπέχου *F*, ἀπέχεσθαι *PC*. § 114 p. 83, 7 διδασκάλιον *FP*, διδασκαλεῖον *C*. § 115 p. 84, 8 ἀρξώμεθα *FP*, ἀρξόμεθα *C* (ut coni. Cobet Coll. crit. p. 369). § 124 p. 91, 3 τοι *F*, τοῦ [*P*]*C*. § 126 p. 92, 12 μαρτυρουμένους *FP*, μαρτυρομένους *C* et rec. m. *P* (ut Cobet

Coll. crit. p. 371). § 151 p. 111, 4 καὶ παρὰ τοὺς *F*, καὶ περὶ τοὺς *PC*. § 160 p. 117, 8 τοιγὰρ *F*, τοὶ γὰρ *PC*. § 182 p. 132, 19 κρίναι *F*, κρῖναι *PC*. § 192 p. 138, 7 καὶ οὐ *F*, οὐ *PC* (ut coni. Cobet Coll. cr. p. 387). § 193 p. 139, 2 εἵλαντο *FP*, εἵλοντο *C*. § 256 p. 179, 15 ὁμοιοτρόπως *F*, ὁμοτρόπως *PC* (ut coni. Scaliger). Omnibus his locis spreta Florentini codicis auctoritate secuti sumus deteriores libros et fortasse idem debuit fieri § 94 p. 69, 24 et p. 70, 2 (ἢ πῶς πρὸς *F*, ἢ πρὸς *PC*), § 162 p. 119, 8 (τοῦτο μὲν *F*, τοῦτο μὲν οὖν *PC*), § 208 p. 147, 20 (πρὸς τὴν τροφὴν *F*, πρὸς τροφὴν *PC*), § 222 p. 155, 19 (τὴν τοῦ ἡρακλέος *F*, τὴν τοῦ ἡρακλέους *P*, τὴν ἡρακλέους *C*), § 252 p. 176, 5 (φερεκύδη *F*, φερεκύδην *PC*), § 258 p. 182, 4 (ἤμελλε *F*, ἔμελλε *PC*). Pleraeque sane correctiones istae deterioribus ex libris petitae vel petendae tales sunt quales etiam lectores vel scribae suopte ingenio facere potuerint, nec dissentiam si casui magis quam librariorum consilio quaedam rectius scripta impertieris [33]). Utique vero mi-

---

[33]) *Nonnumquam*, ut ait Cobet Coll. crit. p. 397, *scribae imprudentes veram lectionem exhibent.* Eo fortasse referendum quod § 58 p. 40, 10 φιλονικίαν et § 101 p. 74, 13 διαφιλονικεῖν praebet *C*, ubi in melioribus libris φιλονεικίαι et διαφιλονεικεῖν legitur, sicut § 230 p. 160, 20 διαφιλονικεῖν edidit Arcerius, cum διαφιλονεικεῖν tueantur *FPC*. Si probus scriptor esset Iamblichus, non dubitassem φιλόνικος φιλονικία φιλονικεῖν formas ei vindicare cum Cobeto Coll. crit. p. 364. Recte enim ex φίλος et νίκη formatur φιλόνικος adiectivum; νεῖκος substantivo non poterat respondere nisi φιλονεικής forma, sicut in usu fuisse scimus ἀμφινεικής et πολυνεικής adiectiva: qua de re dixerunt Cobet N. L. p. 691 sq. et M. Schanz Proleg. in Plat. vol. VI, quorum disputationes non refutantur collectaneis a Lobeckio Paral. p. 243 sqq. effusis. Novicii quidem scripto-

rum fuerit si omnes quas attulimus emendationes, partim haud plane vulgares, debeantur librariis exemplo suo tam serviliter addictis ut verbi causa § 76 p. 55, 10 in scriptura τοῖ πολλοὶ *FPC* consentiant. Ergo ex uno codice Florentino derivatos esse ceteros qui adhuc innotuerunt Iamblichi libros nondum nobis exploratum est, atque hanc ipsam propter causam nolui deteriores libros omnino aspernari, ex quibus aliquem fructum posse percipi viderem. Sed diversam in diverso librorum pretio rationem ineundam putavi: optimi libri Florentini praeter levissimas quasdam res supra p. XXXVI sq. commemoratas unam quamque discrepantiam afferendam duxi, deteriorum librorum cum Parisini tum Cizensis sordes plerasque silentio transegi, sed etiam ex his quidquid attuli operam dedi ut accurate referrem, Potissimum autem in adnotatione critica rationem habui novissimarum editionum, quae Kiesslingio debentur et Westermanno: innumera Arcerii et Kusteri vitia dudum emen-

---

res non reformidarunt formas monstrosas tales quales sunt εὔσμηνος Nonn. Dionys. 7, 332. μεγαλόσθενος Orac. Sibyll. 5, 63. 195. 14, 208. τετράσκελος Ioh. Gaz. Ecphr. 2, 333: neque negarim ἀξίφῳ δόλῳ scripsisse Lycophronem 50, quandoquidem ab Apollonio Dyscolo ἄξιφος ex hoc loco affertur. Nullo autem modo ferri potest δυήπαθον in Hymn. Merc. 486, nec magis crediderim πολυσμήνοισι μελίσσαις Choerilo recte tribui: sicut Iosephum c. Apion. 1, 22 vol. VI p. 202, 26 τοῖς ὁμοφύλοις potius quam τοῖς ὁμοέθνοις scripsisse arbitror. Cum vero pro νίκη in titulis recentioribus haud raro νείκη inveniatur, facile potuit fieri ut φιλόνεικος φιλονεικία φιλονεικεῖν formae admitterentur a scriptoribus patrii sermonis parum gnaris ideoque ad falsam etymologiam pronis. Falsis enim etymologiis haud raro corrumpitur orthographia et novae procreantur formae, velut *anormal* pro *anomal*, *Sündfluth* pro *Sintfluth*, *prestidigitateur* pro *prestigiateur*, similia.

data recoqui nihil attinebat. Sed a novissimis duobus editoribus ubi discessi, constanter fere mutationis a me factae rationem reddidi, exceptis paucis locis ubi novatas a me lectiones fide codicum niti Kiesslingii doceret editio. Maluissem quidem ipse abiecta vitiosarum lectionum farragine molestissima revocare Iamblichi orationem ad unius Florentini codicis fidem, ita ut pristinorum editorum et deteriorum codicum non facerem mentionem nisi ubi praeberent quod emendandis Florentini vitiis videretur inservire, atque in posterum istis finibus coerceri adnotationem criticam consentaneum arbitror: nunc etiam quas Florentinus codex mihi suppeditasset emendationes putavi commemorandas, ne lectores, sicubi discessisse me a pristinis editionibus vidissent, de fonte mutationis ambigui haererent. Ut exemplum afferam, § 204 p. 145, 9 futuro editori auctor sim ut πῶλον secundum *F* scribat ne commemorata quidem inepta aliorum librorum scriptura παῖδα: ego si tacuissem, metuendum erat ne iudicarer neglexisse codices, quos scilicet constaret παῖδα vel παῖδον praebere. Quamquam isto loco quid legatur in *F*, docet tabula photolith. huic editioni addita: at plerumque codicis *F* autopsia negata erit iis qui nostram recensionem consuluerint. Ipse vero si domi habuissem codicem Florentinum et cum otio iterum iterumque potuissem conferre, fortasse sicut Cantabrigiensis Photii editor iure meo postularem ut tacenti mihi maior haberetur fides quam disertis aliorum testimoniis: nunc tametsi neque imparatus ad rem accessi neque nimiam neglegentiam iure mihi crimini datum iri arbitror, tamen dubito num codicem lectu difficilem cum pulvisculo exhauserim: si

pauca relicta fuerint aliis corrigenda vel supplenda, uni potissimum gratia habenda erit H. Vitellio, cuius singulari de humanitate iam supra p. XXVIII diximus.

In plurimis Iamblichei libri corruptelis codicum auxilio omnino destituimur, ita ut coniecturis opus sit. Huic emendationis generi ut quatenus posset fieri satis facerem, ea quae alii vel superioribus saeculis vel nostra aetate ad emendandum hunc libellum protulerunt collegi. Insuper praesto mihi fuit Ervini Rohde doctrina et sagacitas, qui duplici me obstrinxit beneficio: etenim a. 1880 utendum mihi concessit exemplum editionis Didotianae, in cuius marginibus ut codicis Florentini lectiones ita coniecturas partim suas partim aliorum adscripserat, et nuperrime perlustrata mea Iamblichi editione, cuius exemplum ad eum miseram, egregias animadversiones mecum communicavit. Ipse satis multa Iamblichei libri vitia vel primus agnovisse mihi videor vel aliis quam antea factum erat medelis tollenda putavi, atque etiam postea quam mea recensio typis descripta est, dum identidem relego scriptoris verba, novarum suspicionum seges succrevit, quas addendis commisi. Quo successu usus sim in emendando libro graviter corrupto, aliorum esto iudicium: utique plus studii et diligentiae me quam priores editores omnes recensendo Iamblichi libro impendisse arbitror. Si forte id quod in superioribus editoribus saepissime deprehendi, mihi acciderit, ut aliorum emendationes aut praetermiserim aut auctori non suo tribuerim [34]), veniam

---

[34]) Quam facile emendationes in libris quos norimus abditae nos fugiant, uno ostendam exemplo, cuius iam supra p. XII mentionem feci.

me spero impetraturum esse ab aequis iudicibus, qui ingentem literarum ambitum et parum locupletes huius urbis a librorum commercio remotae bibliothecas expenderint.

Quod commentationem de Pythagorae aureo carmine a. 1873 primum editam, sed a plerisque qui hanc materiam tetigerunt neglectam Iamblichi libro subiunxi (p. 199—242), excusatione vix indigebit. Minus facile, ut opinor, ignoscetur mihi addendorum et corrigendorum ubertas duabus potissimum ex causis repetenda: Parisini enim codicis lectiones, quas primum ex Kusteri editione et Rigaltii notis desumpseram, sero accuratius cognovi per insignem Alfredi Iacobi humanitatem, atque cum assiduum et diuturnum studium Iamblichi libro impenderem, fieri non potuit quin quaedam addiscerem. Quod si vitio mihi vertitur nimia fiducia, non nunc primum nec mihi uni nocuit credulitas; sin festinatio vitu-

---

In Iambl. § 138 p. 101, 3—5 haec tradita sunt: ταῦτα δὲ (sc. οἷς τυγχάνει ὁ θεὸς χαίρων) οὐ ῥᾴδιον εἰδέναι, ἂν μή τις ἢ θεοῦ ἀκηκοότος ἢ θεοῦ ἀκούσῃ ἢ διὰ τέχνης θείας πορίζηται. Absurde dictum est θεοῦ ἀκηκοότος, ubi utrum sermo sit de homine qui audierit deum an de deo qui nescio quid audierit, incertum est. Sed fac ambiguitate ista scriptorem usum esse: utique τῷ θεοῦ ἀκηκοότι opponendus erat non simpliciter θεός, sed θεὸς αὐτός, sicut vertit Obrechtus, *nisi quis vel eum qui deum audivit vel deum ipsum audiverit.* Hinc conieci genuinam scripturam fuisse ἂν μή τις ᾖ θεοῦ ἀκηκοὼς ἢ διὰ τέχνης θείας πορίζηται, verba autem quae sunt ἢ θεοῦ ἀκούσῃ male inculcata esse, cum ᾖ θεοῦ ἀκηκοὼς in ἢ θεοῦ ἀκηκοότος esset mutatum. Nuperrime vidi id ipsum quod ego requirebam dudum restitutum esse in Pythagoricarum sententiarum libello (plagulae ω p. 6) a C. Rittershusio, cuius emendatio lectore non monito in verbis Iamblichi facta sicut fefellit alios, ita me fefellisset, nisi mihi ipsi in mentem venisset.

peranda est, Lobeckio iudice omnes simili culpa tenentur quorum alii libri praeter postumos habentur. Utique supplere multa et retractare haud verecundatus sum, cum ὀψιμαθῆ me mallem dici quam ἀμαθῆ.

Indices ad Iamblichi opus spectantes tres huic libro addidi: brevissimum (p. 245 sq.) eum quo recensentur scriptores ab Iamblicho vel eius auctoribus usurpati, alterum amplissimum (p. 247—355) nominum et verborum, tertium potiorum rerum ab Iamblicho commemoratarum. Denique quarto indice complexus sum locos scriptorum in quibus emendare quaedam temptassem. In secundo indice componendo non tantum receptas in Iamblicheo libro lectiones spectavi, sed etiam adnotationis criticae et addendorum rationem habui. Cuius rei causam vix opus erit indicari: cum enim multis locis nesciamus quid scriptor dixerit, saepe incertum est quid debeatur indici, neque ego aut omnia quae tribui Iamblicho dixerim indubia aut quaecunque ad criticas notas ablegavi nihili facienda existimo, ac ne vitiosas quidem consultum videbatur excludi scripturas eas quae ab editoribus Thesauri Gr. L. et a Benselero in Lexico nominum propriorum essent admissae, velut μετελέγχων p. 153, 21. πρόσλοιπον p. 16, 1. Ἄδικος p. 191, 6. Ἀθοσίων p. 192, 8. Ἄρυτος p. 189, 8. Εὐμαρίδας p. 191, 5. Καροφαντίδας p. 190, 10 al. Tertii indicis fundamentum feci materiem a Kustero collectam, sed quaedam mutavi, non nulla supplevi, alia omisi: omnino autem quae hoc indice continentur secundi indicis ope facile poterunt suppleri.

Hoc loco finem imponerem prolegomenis, nisi una

restaret quaestio pariter ad Iamblichei libri indolem atque ad crisin a nobis factitatam pertinens.

Saepe in Iamblichi libro bis, interdum adeo ter eaedem res repetuntur verbis iisdem: unde concludere possumus id quod argumentis certissimis comprobatur, non tam scriptorem fuisse hunc Pythagoricae vitae enarratorem quam compilatorem, qui aliorum verba exscripserit ideoque pro diverso fontium suorum pretio modo narrarit quae probabilia sint et fide digna, modo commenta propagarit absurda. Habemus in Iamblichi libro non unius auctoris opus, cuius singulae partes concinant inter se aut certo ordini adstrictae sint, sed consutos pannos vetustiorum scriptorum aetate et auctoritate multum inter se distantium. Atque eo potissimum nomine pretiosus est Iamblichi liber, quod maxima ex parte non est auctoris eius cuius nomen prae se fert, sed vetustiorum et meliorum scriptorum continet reliquias, quarum non nullae alibi traditae sunt, quaedam uni huic libro debentur. Tali centone, praesertim ubi agitur de rebus non aliunde notis, ut recte utamur, necesse est fontes scriptoris explorari. Quaestionem istam difficillimam cum olim temptasset Chr. Meiners[35]), recenti memoria circumspecto iudicio et eximia sagacitate usus expediit E. Rohde in Mus. Rhen. vol. 26 p. 554—576 et vol. 27 p. 23—61, qui ostendit duas potissimum vitas Pythagorae praesto fuisse Iamblicho, quarum verba suum

---

[35]) *Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der Wissenschaften in Griechenland und Rom* I p. 273—288. Summam istius disputationis habes in Cobeti Coll. crit. p. 418.

in usum converteret, alteram Nicomachi Geraseni, Apollonii alteram.

Ipse Iamblichus subsidiorum quibus usus sit raro mentionem facit, sed multa quae prodidit inveniuntur alibi et magna ex parte additis auctorum quibus singulae res debeantur nominibus: qua in re cavendum est ne calidius statuamus eos ipsos scriptores quibuscum consentit Iamblichus inter fontes eius esse referendos. Velut cum plurimi sint loci in quibus eadem iisdem verbis tradant Porphyrius et Iamblichus, certum tamen est Porphyriana vita Pythagorae non esse usum Iamblichum [36]): similiter ubi recurrunt in Iamblichi libro quae sciamus antiquiores ad scriptores redire, fieri potest ut Iamblichus non curans ipsos fontes fide expresserit ea quae alii ante ipsum ex antiquioribus scriptoribus arripuerant [37]), atque ita rem se habere docuit E. Rohde.

---

[36]) Qua in opinione ab Ervino Rohde Mus. Rhen. vol. 26 p. 574 sq. impugnata miror perseverare Zellerum de philos. Gr. I p. 258. 260 ed. quart. Sufficiet unum afferri exemplum quo edoceamur unde Porphyrii et Iamblichi consensus sit repetendus. Porph. § 4: Τίμαιος δ' ἱστορεῖ τὴν Πυθαγόρου θυγατέρα καὶ παρθένον οὖσαν ἡγεῖσθαι τῶν παρθένων ἐν Κρότωνι καὶ γυναῖκα τῶν γυναικῶν· τὴν δ' οἰκίαν Δήμητρος ἱερὸν ποιῆσαι τοὺς Κροτωνιάτας, τὸν δὲ στενωπὸν καλεῖν μουσεῖον. Iambl. § 170: φασὶ τοίνυν αὐτὸν τὸν Πυθαγόραν — γήμαντα τὴν γεννηθεῖσαν αὐτῷ θυγατέρα, μετὰ ταῦτα δὲ Μένωνι τῷ Κροτωνιάτῃ συνοικήσασαν, ἀγαγεῖν οὕτως ὥστε παρθένον μὲν οὖσαν ἡγεῖσθαι τῶν χορῶν, γυναῖκα δὲ γενομένην πρώτην προσιέναι τοῖς βωμοῖς· τοὺς δὲ Μεταποντίνους διὰ μνήμης ἔχοντας ἔτι τὸν Πυθαγόραν καὶ μετὰ τοὺς αὐτοῦ χρόνους τὴν μὲν οἰκίαν αὐτοῦ Δήμητρος ἱερὸν τελέσαι, τὸν δὲ στενωπὸν μουσεῖον (καλέσαι addit E. Rohde). Non pendere Iamblichum ex Porphyrio, potissimum inde apparet quod recte de Metapontinis narrat quae ad Crotoniatas falso transtulit Porphyrius.

[37]) Quae § 233 et 234 p. 162, 6—15 habet Iamblichus, omnino consentiunt cum Porph. § 59, et ab utroque idem affertur auctor Ἀριστόξενος

Non igitur quot scriptores sequitur Iamblichus tot libros ipse perscrutatus est, sed sive propter inertiam sive propter librorum penuriam perpauca opuscula excerpsit admodum inter se dissimilia.

Apollonius enim vitae Pythagoreae auctor, quem Suidas testatur fuisse notissimum illum philosophum Tyanensem, de quo Philostrati copiosum extat opus, divinam Pythagorae tribuit originem et miracula anilesque fabulas sectans non curat rerum fidem, sed suis indulget commentis. Facile patet talem scriptorem sano homini esse abominandum: at Iamblichus nihil mali suspicans nugatoris vestigia legit, quod cum alibi tum his locis fecisse videtur: § 3—25. 28, 29. 37—57. 68—73. 122—126. 177, 178. 185. 215—222. 254—267.

Contra Nicomachus Gerasenus nihil ipse finxit, sed librarii more modoque quae scripserant alii, ea ipse exscripsit atque ita ex compluribus vetustis libris novum librum confecit. Quibus fontibus usus sit, haud facile poterit explorari: at constat eum non solum res, sed ipsa verba aliorum integra reddidisse. Ubicumque Porphyrius et Iamblichus de Pythagorae rebus inter se consentiunt, usi sunt eodem auctore Nicomacho, nec potest dubitari quin eidem Nicomacho debeantur pleraque quae ex vetustioribus philosophis, Aristoxeno, Pseudo-Aristotele, aliis derivata prodidit Iamblichus.

Ea autem est Iamblichi simplicitas vel, si malis,

ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικοῦ (vel περὶ τοῦ Πυθαγορείου) βίου: at Iamblichus unum hunc testem laudat, ad Nicomachi et Aristoxeni testimonium provocat Porphyrius. Nimirum ut Porphyrius ita Iamblichus descripsit Nicomachi verba, neuter norat disputationem Aristoxeni.

perversitas, ut interdum eadem de re diversorum scriptorum testimonia apponat: velut de Abaridis cum Pythagora commercio primum Apollonii verba profert § 91—93 (p. 67, 12—69, 10), deinde § 141 subicit quae brevius tradiderat Nicomachus; de examine quod subierint ii qui Pythagoreorum societatem appeterent, Apollonium exprimit § 71—74, Nicomachum § 94 et 95.

Cum omnino ex fontibus suis pendeat Iamblichus, vix mirabimur quod propagat aliorum errores et quae inter se discrepent componit: magis mirum quod eandem propter causam interdum aut nondum dicta aut omnino indicta tanquam a se commemorata profert (cf. quae diximus de § 173 p. 126, 13. 14), vel quod ἔτι καὶ νῦν formula (p. 20, 9. 23, 7. 127, 1. 160, 12) retenta ad suam aetatem transfert quae ab antiquioribus scriptoribus relata erant. Possumus ridere inertiam istam servilem: utique vero exoptatissimum nobis est quod Iamblichus hoc in libro non tam sui ingenii fructus nobis offert quam vetustiorum scriptorum verba insigni cum fide reddit, ac vehementer optamus ut mox existat qui ex Iamblichi libro quae ad literarum Graecarum cognitionem augendam pertineant dedita opera eruat: qualis disputatio quo modo instituenda sit, ex egregia E. Rohdii de fontibus Iamblichi disputatione poterit perspici. Nobis uno exemplo rem illustrasse sufficiet.

Inter vetustissimos et optimos scriptores, quorum verba servavit Iamblichus, iure habetur Aristoxenus Tarentinus, Spinthari filius, cuius reliquias post G. L. Mahnium Carolus Mueller in Fragm. Hist. Gr. vol. II

p. 269—292 collegit et illustravit[38]). Quanto opere hic scriptor ceteris praestet, cum aliunde tum ex fr. 9 perspicitur, ubi Phintiae et Damonis res narrantur ex ipsius tyranni Dionysii ore ab Aristoxeno exceptae. Unus enim Aristoxenus memoriae prodidit insontem Phintiam insidiarum Dionysio structarum insimulatum esse ab aulicis Pythagoreorum constantiam temptaturis: ceteri iusta criminatione petitum esse Pythagoreum affirmant[39]), quod absurdum esse recte iudicavit Cobet Coll. crit. p. 433, quoniam nullo modo potuit fieri ut tyrannus eius qui ipsi necem parasset amicitiam quaereret[40]). Similiter quod

[38]) Fugit Muellerum locus Philodemi de pietate p. 85 ed. Gomp., ubi commemoratur ἐν τοῖς Μαντινέων ἔθεσιν Ἀριστόξενος. Item addi debebat Hippol. Refut. omnium haer. ed. Gott. p. 12, quamquam fides istius testimonii mihi suspecta est. Nondum potuit Mueller uti loco Grammatici Romani quem subieci Lexico Vindob. p. 273, ubi affertur Ἀριστόξενος ἐν α′ Πραξιδαμαντείων et via monstratur qua Iliadus versus (A 9) sanandus sit.

[39]) Inprimis cf. Diod. Sic. X, 4, 3—6, ubi vitia quaedam tollenda reliquit L. Dindorf, velut § 3: Φιντίας τις Πυθαγόρειος ἐπιβεβουλευκὼς τῷ τυράννῳ μέλλων δὲ (l. μέλλων τε) τῆς τιμωρίας τυγχάνειν, et § 4: προεκαλέσατό τινα τῶν γνωρίμων ὁ Φιντίας, Δάμωνα τοὔνομα, Πυθαγόρειον φιλόσοφον, ὃς οὐδὲ (l. οὐδὲν) διστάσας ἔγγυος εὐθὺς ἐγενήθη τοῦ θανάτου. Nec potest ferri quod legitur § 6: ἤδη δὲ τῆς ὥρας συγκλειούσης, ubi necessarium arbitror συντρεχούσης (cf. Aesch. fr. 352, 2. Eur. Or. 1215. Ion. 547 al.).

[40]) Vulgaris narrationis absurditatem non sensit summus poeta Fr. Schiller, qui in «Vadimonio» Hygini fab. 257 expressit: nimirum ineptiam quam nemo sanus ipse finxerit, fictam ab aliis et literis mandatam facile concoquimus, cuius rei non novimus luculentius documentum quam quod in Soph. Ant. 905 sqq. emblema sive sententiam verborum sive dicendi formam spectes absurdissimum ab Aristotele sine ulla fraudis suspicione agnoscitur. Ceterum in Schilleri carmine primitus scriptum erat:

Zu Dionys dem Tyrannen schlich
Möros den Dolch im Gewande.

Has opiniones cum probare non possem, undecim abhinc annos de Pythagorae aureo carmine scripsi commentationem, qua ostendisse mihi videor poematium istud circa initium quarti post Christum natum saeculi scriptum esse a compilatore, qui ut credulum vulgus deciperet et opusculo quod Πυθαγόρου χρυσᾶ ἔπη inscripsit veritatis speciem conciliaret, vetustiores quosdam Pythagorae vel Pythagoreorum versus sibi arrogarit. Disputationem meam (*Bulletin de l'Acad. Imp. des sciences de St. Pétersbourg* XVIII p. 472—501 sive *Mélanges Gréco-Romains* III p. 546—588) haud improbavit Theodorus Gomperz (*Rhein. Mus.* 32 p. 475), neglexerunt alii qui postea quaestionem a me motam obiter tetigerunt, velut Ed. Zeller et Tycho Mommsen[2]). Nec mentionem fecit commentationis illius qui a. 1878 uberius de aureo carmine disputavit C. G. Cobet Collect. crit. p. 460—469, cuius disputationis argumentum paucis indicabimus. Commemorat Cobet Pythagorica quaedam versibus conscripta, sed sermoni propiora et humi repentia pleraque omnia. Ex his et similibus conflatam esse dicit syllogen quandam praeceptorum, quae sero nati Neoplatonici splendido sed falso nomine χρυσᾶ ἔπη appellarint. «Τὰ χρυσᾶ ἔπη nescio quis incertum quo tempore

---

schon wegen seines zum Theil trivialen Ausdrucks, eine späte Redaktion voraus; am spätesten schob endlich ein halbgelehrter Kompilator die fünf Verse des Epilogs an».

[2]) Tych. Mommsen in diligentissima commentatione Lipsiae a. 1879 edita, cui titulus est «*Die Präpositionen* σύν *und* μετά *bei den nachhomerischen Epikern*», p. 8 his utitur verbis: «*Dagegen finden wir in den sicher unechten, vielleicht erst der Alexandrinischen Periode angehörigen Sprüchen des Pythagoras nur* μετά *c. gen., beidemal höchst prosaisch* (*Carm. aur. 11. Fr. apud Diog. Laert. VIII*, *7*)». Ed. Zeller in operis amplissimi de Graecorum philosophia vol. I posteaquam improbavit Mullachii sententiam, qui Lysidi aureum carmen vindicari voluit, sic pergit: «*das kleine Werk ist so farblos und unzusammenhängend, dass es eher wie eine spätere Zusammenstellung von Lebensvorschriften aussieht, die vielleicht zum Theil schon länger in gebundener Form im Umlauf waren*». Haec leguntur in edit. alt. p. 215, nec discrepat quarta editio (p. 269), quae prodiit a. 1877.

consarcinavit ex iis, quae Pythagorae aut Pythagoreorum aut erant aut esse putabantur. Farrago est incondita versuum diversae aetatis et coloris et stili in aliis brevior, auctior in aliis. Multa in antiqua sylloge legebantur, quae nunc sine vestigio perierunt; multa contra accesserunt nova et veteribus inaudita, non minus a sententia veterum quam sermone abhorrentia». Vestigia huius carminis quae apud veteres extant ut indaget affert locos Chrysippi, Plutarchi, Galeni, Clementis Alex., Porphyrii, qui non nullos aurei carminis versus commemorent. Tum examinat aureum carmen, in quo multa ostendit inesse inepte et vitiose dicta: denique claudit disputationem his verbis, «si quis tamen carmen aureum probare volet et admirari, *non equidem invideo, miror magis*». Cobetus ubi censuram agit aurei carminis quaedam sagaciter observavit: at quaestionem longe gravissimam de tempore quo aureum carmen consutum sit intactam reliquit: qua de re quae a me a. 1873 dicta erant, neque confirmanda duxit neque refutanda, sed more suo neglexit. Hanc ipsam propter causam haud inutile visum est summam disputationis meae hoc loco repeti. Non incommodum arbitror locum, quoniam qui norit aureum carmen antiquissimus scriptor est Iamblichus.

Ac primum ipsum carmen afferri consentaneum est. Cuius cum codices extent innumeri, plerique omnes novicii et pessimi, nemo adhuc extitit qui apparatum criticum suppeditaret plenum et omnibus numeris absolutum, nec facile arbitror inventum iri qui laborem istum parum fructuosum subeat. Penes me collationes sunt duorum librorum, Vindobonensis (Cod. phil. gr. 314, quem *S* litera indico) et Monacensis (August. 490, qui *m* litera significatur). Optimae notae est liber Vindobonensis saeculo X scriptus, cuius lectiones indicavit Th. Gaisford in Hieroclis commentario aurei carminis subiuncto Stobaei Eclogis a. 1850: accuratiorem libri collationem humanissime mecum communicavit Sigofredus Mekler. Codex Monacensis, cuius collationem Ludovici Mendelssohni amicitiae debeo, saeculo XV vel XVI scriptus scatet vitiis, sed memorabilis est eo nomine quod unus quantum

scimus versui 39 subicit duos versus a Porphyrio servatos et ex ipso ut opinor Porphyrio haustos. Lectiones codicis Monacensis non attuli nisi potiores. Item scripturae varietates quas vel editores suppeditant vel ex decem libris Florentinis protulit nuper V. Puntoni (*Studi di filologia greca pubbl. da E. Piccolomini*, Vol. I p. 188 sqq.) in usum vocavi ita ut vitia vulgaria neque ulli usui futura silentio praeterirem.

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ [3]).

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεούς, νόμῳ ὡς διάκεινται,
τίμα καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυοὺς
τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων·
τούς τε γονεῖς τίμα τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας·
τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον ὅστις ἄριστος.
πραέσι δ' εἶκε λόγοις ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι,
μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι· κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε·
γαστρὸς μὲν πρώτιστα καὶ ὕπνου λαγνείης τε
καὶ θυμοῦ. πρήξῃς δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου

[3]) Titulum praemisi eum qui simplicitate commendaretur atque auctoris consilio maxime videretur convenire. Πυθαγορικὰ χρυσᾶ ἔπη praebet *m*, Πυθαγορικὰ ἔπη τὰ οὕτως ἐπικαλούμενα χρυσᾶ στοιχείωσιν περιέχοντα τῆς τελειοτάτης τῶν Πυθαγορείων (πυθαγορίων *S*, πυθαγορικῶν al.) φιλοσοφίας *S* al., quidam Πυθαγόρου (vel Πυθαγορικὰ vel Πυθαγόρεια) ἔπη τὰ καλούμενα χρυσᾶ. nec desunt qui versus praemittant, Πυθαγόρου Σαμίοιο ἔπη τάδ' ἔνεστι τὰ χρυσᾶ vel ἔπη τὰ χρυσᾶ τοῦ σοφοῦ Πυθαγόρου.

4. τούς τε] σούς τε al. et fortasse *S*. ἐκγεγαῶτας] ἐγεγαῶτας hoc loco *S*, ἐγγεγαῶτας idem in Hieroclis comm. **5.** ἄριστος] ἄρεστος *S*. **6.** ἐπωφελίμοισι] ἐπωφελίαισι *S* al., ἐπωφελίοισι vel ἐπωφελέεσσι al. fortasse praeferendum ἔργοισι τε ὠφελίμοισιν: concessus enim in hac versus sede est hiatus, quem saepissime veteres et recentiores correctores male sustulerunt. **7.** μηδ'] μὴ δ' *Sm*. ἔχθαιρε] ἔχθειρε *S*. μικρῆς] μικρᾶς *m* al. **11.** πρήξῃς *S*, πρήξης *m* (ubi iota subscr. constanter omittitur), πρήξεις al. multi.

μήτ' ἰδίῃ· πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.
εἶτα δικαιοσύνην ἄσκει ἔργῳ τε λόγῳ τε,
μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε,
ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι,
χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι·
ὅσσα τε δαιμονίαισι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην φέρε μηδ' ἀγανάκτει.
ἰᾶσθαι δὲ πρέπει καθόσον δύνῃ· ὧδε δὲ φράζευ·
οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσιν.
πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο μήτ' ἄρ' ἐάσῃς
εἴργεσθαι σαυτόν· ψεῦδος δ' ἤν πέρ τι λέγηται,
πράως εἶχ'. ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τελείσθω·
μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ μήτε τι ἔργῳ
πρῆξαι μηδ' εἰπεῖν ὅ τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστιν.
βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται·
δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός·
ἀλλὰ τάδ' ἐκτελέειν ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσει.
πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίστασαι, ἀλλὰ διδάσκευ
ὅσσα χρεών, καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή,
ἀλλὰ ποτοῦ τε μέτρον καὶ σίτου γυμνασίων τε

13. ἄσκει] ἀσκεῖν *Sm* plerique al. **14.** μηδ'] μὴ δ' *Sm.* **15.** πέπρωται ἅπασι] πέπροται ἅπασιν *S.* **16.** φιλεῖ *S* al., φίλει *m* al. ἄλλοτ'] ἄλλοστ' *S.* ὀλέσθαι] ὀλέσσαι al. **17.** ὅσσα τε] ὅσσα δὲ *m* al. δαιμονίαισι *Sm* al., δαιμονίῃσι al. **18.** ἣν ἂν] ὧν ἂν *m* al. ἔχῃς] ἕλῃς *m* al. ταύτην] πράως *m* al. μηδ'] μὴ δ' *Sm.* **20.** δίδωσιν *S* al., δίδωσι plerique. **21.** λόγοι om. *S* al. **24.** εἶχ'] ἴσχι' *m*, ἴσχ' al. **25.** μήτε λόγῳ] μήτε λόγος *m* al. παρείπῃ] παρέλθῃ malim. μήτε τι ἔργῳ] μήτέ τι ἔργον *m.* **26.** μηδ'] μὴ δ' *Sm*, μήτ' al. ἐστιν *Sm* al., ἐστι al. **27.** μωρὰ] μωρα (s. acc.) *S*, μῶρα pauci. **28.** πρήσσειν] πράσσειν *S* al. **29.** μετέπειτ'] μετέπειτα *S.* ἀνιήσῃ] ἀνιήσει *m* al. **30.** πρῆσσε] πρᾶσσε *S* al. μηδὲν τῶν] μηδὲν ὧν *S* al., μηδεὲν ὧν (sic *m*) vel μηδὲ ἓν ὧν al. διδάσκευ] διδάσκου *m* al. **32.** ὑγιείης] ὑγιείας *S* al. **33.** σίτου] σίτων *m* al.

ποιεῖσθαι· μέτρον δὲ λέγω τόδ' ὃ μή σ' ἀνιήσει.
εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον ἄθρυπτον.
καὶ πεφύλαξο τοιαῦτα ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει.
μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων,
μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.
πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψει· λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.
μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι
πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο, χρηστὰ δὲ τέρπευ.
ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα, τούτων χρὴ ἐρᾶν σε·
ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει·
ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
παγὰν ἀενάου φύσεως. ἀλλ' ἔρχευ ἐπ' ἔργον
θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. τούτων δὲ κρατήσας
γνώσεαι ἀθανάτων τε θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώπων
σύστασιν, ᾗ τε ἕκαστα διέρχεται ᾗ τε κρατεῖται·
γνώσῃ δ', ᾗ θέμις ἐστί, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην,
ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν μήτε τι λήθειν·
γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας,

---

34. ἀνιήσει] ἀνιήσῃ *S* al. **36.** πεφύλαξο τοιαῦτα] πεφύλαξο ταῦτα *S*, πεφύλαξό γε ταῦτα al. **37.** δαπανᾶν] δαπανῶν *S* al., δαπάνα coni. Cobet Coll. crit. p. 466. **38.** μηδ'] μὴ δ' *Sm.* **39.** πρῆσσε] πρᾶσσε *S* al. ταῦθ' ἅ σε μὴ] ταῦτα ἃ μή σε *S.* βλάψει] βλάψῃ *S* al. huic versui unus subicit *m* hos hexametros quos servavit Porphyrius de vit. Pyth. § 40:

πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπαναστὰς
εὖ μάλα πιπνύειν ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις.

40. μηδ'] μὴ δ' *Sm.* **43.** δ' om. *S.* **44.** τέρπευ *m* al., τερπ̈ *S*, τέρπου al. subiciunt *m* al. hunc versum:

ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς ποιεῦ φίλον ὅν κ' ἐθέλησθα,

quae verba ex v. 5 detorta esse agnovit Harlesius. **48.** ἀενάου] αἰενάου *m*, ἀεννάου al. haud pauci. **50.** γνώσεαι] γνώσῃ al. **51.** ᾗ τε — ᾗ τε] ἥ τε — ἥ τε *S.* **52** et **53** om. *m.* **52.** γνώσῃ δ' ᾗ] γνώσῃ θ' ἢ *S.*

τλήμονας, οἵτ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων οὔτ' ἐσορῶσιν
οὔτε κλύουσι, λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασιν.
τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· ὡς δὲ κύλινδροι
ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντες.
λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτουσα λέληθε
σύμφυτος, ἣν οὐ δεῖ προάγειν, εἴκοντα δὲ φεύγειν.
Ζεῦ πάτερ, ἦ πολλῶν κε κακῶν λύσειας ἅπαντας,
εἰ πᾶσιν δείξαις οἵῳ τῷ δαίμονι χρῶνται.
ἀλλὰ σὺ θάρσει, ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν,
οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.
ὧν εἴ σοί τι μέτεστι, κρατήσεις ὧν σε κελεύω
ἐξακέσας, ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.
ἀλλ' εἴργου βρωτῶν ὧν εἴπομεν ἔν τε καθαρμοῖς
ἔν τε λύσει ψυχῆς κρίνων, καὶ φράζευ ἕκαστα,
ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.
ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός.

---

55. τλήμονας] τλήμονες al., qua lectione admissa habemus eandem structuram atque in Il. Z 396: Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος, Ἠετίων ὃς ἔναιεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ. Epigr. Kaib. 467, 4: λιποῦσαν ἀπεχθέα δάκρυα μητρί, μητέρα τὴν μήπω πικρὸς ἔμαρψ' Ἀίδης. **56.** συνίσασιν] συνίασιν (sic *S*) et συνιᾶσι al., συνιεῖσιν *m*. **57.** μοῖρα βροτῶν] μοῖρ' αὐτῶν *S*. ὡς δὲ] οἱ δὲ *S* plerique. κύλινδροι] κυλίνδροις *S* al. **59.** λυγρὴ] λυγρὰ *S*. **60.** προάγειν] προσάγειν *m* al. **61.** ἦ πολλῶν κε] ἦ πολλῶν τε *Sm* al., fortasse ἐκ πολλῶν κε praeferendum, cf. qnae in appendice ad Soph. El. 987 sq. ed. Schneidew. attuli. item potest dubitari an τε cum editoribus quibusdam in γε mutandum sit. λύσειας] παύσειας *m* al. **62.** εἰ πᾶσιν] ἢ πᾶσιν *m* al. δείξαις οἵῳ τῷ] δείξειας ὁποίῳ malim. **63.** ἐστὶ βροτοῖσιν] ἔστ' ἀνθρώπων *m*. **70.** σῶμα ἐς *Sm* ceteri propemodum omnes, σῶμ' εἰς (sic Gaisford. ed. et G. Wolff Porph. de philos. ex orac. haur. p. 178) scribi nolim. **71.** οὐκέτι *m*, οὐκ ἔτι *S* al.

Siquis attente hoc poema legerit, facile intelleget mediocrem esse poetam ac novicium. In numeris quidem pauca sunt quae omnino displiceant. Velut non uno nomine improbandus est v. 32: οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή. Ingratissima est auribus ἡ κατὰ τέταρτον τροχαῖον διαίρεσις quam habemus

6: πραέσι δ' εἶκε λόγοις ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι,
37: μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων,
70: ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς.

Inprimis vero offensioni est hiatus v. 53 admissus:

ὥστε σε μήτε ἄελπτ' ἐλπίζειν μήτε τι λήθειν.

Sed facile excusamus istos naevos, praesertim cum nesciamus an vitia quaedam librariis potius quam auctori sint imputanda [4]). At noviciam carminis aetatem monstrant formae quaedam vel omnino inauditae, ut εἰθίζομαι pro ἐθίζομαι bis usurpatum (v. 9 et 35), vel ab veterum usu alienae. Huc pertinet κτᾶσθαι passiva potestate dictum v. 16:

χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι,

ubi qui scribunt κτᾶσθαι φίλει, ἄλλοτ' ὀλέσσαι, sententiae damnum inferunt [5]); scimus quidem ἐκτήθην et κεκτημένα formas apud veteres passivi esse generis, at κτῶμαι praesens eodem traductum labentis Graecitatis est indicium (cf. Herodian. I, 8, 2: πλούτου τε ἀκρατήτῳ ἐπιθυμίᾳ καὶ τῶν μὲν προσκτωμένων ἀεὶ καταφρονή-

---

[4]) V. 6 fortasse scribendum esse ἔργοισί τε ὠφελίμοισιν supra diximus p. 204. Nec dubitarem, si antiqui poetae carmen haberemus, v. 70 temptare, ubi scribi poterat ἐς αἰθέρα λευρὸν ἀνέλθῃς, sicut λευρὸν οἶμον αἰθέρος dixit Aeschylus Prom. 394 et αἰθέρα λευρόν dixisse videtur Eur. Andr. 1228. Denique v. 53 vix dubito quin aurei carminis auctor ὥστε σε μήτ' ἀνάελπτ' ἐλπίζειν scripserit secundum Hesiodeum ἀνάελπτα παθόν τες (Theog. 660).

[5]) Permirum est quod statuit Doederlein in Il. I 230, qui ὀλέσθαι formae activam potestatem vult tribui.

σει, τῶν δ' οὔπω παρόντων ἀπλήστῳ ἀντιποιήσει. Cassius Dio XXXVIII, 38, 3: διὰ τῶν αὐτῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ κτᾶται τὰ ἀγαθὰ καὶ σῴζεται. Synesius de provid. p. 125 C: κακία μὲν γὰρ αὐτοδίδακτον, ἀρετὴ δὲ σὺν πόνῳ κτᾶται. Eustath. Macremb. VIII, 7, 1: αἳ δ' ἦσαν πολλοῦ τοῖς βαρβάροις τιμώμεναι καὶ πολλοῦ τοῖς ἐξ Ἀρτυκώμιδος κτώμεναι). Non magis convenit antiquo scriptori quod v. 70 habemus, ἀπολείψας σῶμα: ἔλειψα pro ἔλιπον dixerunt novicii scriptores (cf. Lobeck Phryn. p. 713 sqq.), apud veteres exemplum quod certum sit frustra quaesiveris. Inaudita propemodum est quae v. 66 extat forma ἐξακέσας, cui tutandae non habeo quod afferam praeter Marcell. Sid. de piscibus 98: σμαρίδες αὖ λεῖαι μυρμηκώεντα (l. μυρμηκιόωντα) κάρηνα ῥηιδίως θαμινάς τ' ἀκρογορδόνας ἐξακέουσιν, et Hesych.: ἀκέουσι· θεραπεύουσι. Nam quod ex Hippocrate (vol. 2 p. 406 ed. Erm.) affertur ἀκέουσι mutandum esse in ἀρκέουσι dudum docuit Lobeck in Buttm. Gramm. II p. 104.

Multo magis quam ea quae modo commemoravimus offensioni sunt alia carminis istius vitia: dicendi genus est perversum ita ut sententiae simplicissimae et tritissimae inepte obscurentur, argumentum exile, praecepta quaedam puerilia vel inania, cum id quod gravissimum et cognitu dignissimum erat reticeatur, eaedem sententiae et verba eadem bis et ter repetuntur, denique notiones diversissimae et sententiae toto caelo distantes miro modo iunguntur omniaque sine ullo ordine aut certo consilio temere miscentur. Exempla quibus demonstrentur quae diximus post Cobeti disputationem supra commemoratam apponi cum vix opus sit, pauca delibasse sufficiet.

Primis quattuor versibus sententia continetur ea quam habemus in Eurip. fr. 219: θεούς τε τιμᾶν τούς τε θρέψαντας γονῆς[6]), et Phocyl. qui dicitur v. 8: πρῶτα θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο

---

[6]) Sic pro γονεῖς scripsi in Eurip. fragm. edit. min. p. 52, quem librum sicut alibi (cf. Herm. XI p. 303 sq. 515) ita hoc de loco disputans in Herm. XVII p. 345 non debebat neglegere Wilamowitz-Moellendorff.

γονῆας. Quantis vero ambagibus aurei carminis auctor sententiam simplicissimam effert et quam absurde admiscet res alienas! Pro διάκεινται (v. 1) sunt qui probent id quod librorum fide caret διάκειται: sive hoc sive illud praetuleris, additamentum est inutile et διακεῖσθαι verbum hoc loco ineptum: rectius pro νόμῳ ὡς διάκεινται dici poterat πατρίοισι νόμοισιν. Inter deos et heroes inepte ὅρκος interponitur; praepostero ordine commemorantur θεοί ἥρωες δαίμονες, ubi θεοί δαίμονες ἥρωες dicendi erant, nec placet egestas sermonis quae cernitur in verbis θεοὺς τίμα, σέβου ὅρκον, σέβε δαίμονας, γονεῖς τίμα. Mire dictum est τοὺς ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας, cum οἱ ἐκγεγαῶτες non possint esse nisi filii et filiae: liberi enim nostri eodem omnes cognationis vinculo nobiscum coniuncti sunt, ita ut ἄγχιστα adverbium ferri non possit. Poeta cum manifesto de proximis cognatis agat, non intercedam siquis duce *S* libro τούς τ' ἄγχιστ' ἐγγεγαῶτας requirat: quamquam ne ista quidem iunctura usu dicendi videtur commendari[7]). Sed utcunque ea de re statueris, utique cum parentibus parum recte copulantur proximi cognati: digni sunt qui colantur parentes, cognatos diligi potius quam coli par est.

V. 6 habemus hoc praeceptum: πραέσι δ' εἶκε λόγοις ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι. Cedere debemus verbis non eius qui miti oratione utatur sed qui sapiat et recta suadeat, ergo λόγοις non πραέσι sed χρηστοῖς vel σοφοῖς. Quo autem pacto iubeamur ἔργοις εἴκειν iisque ὠφελίμοις et utrum nostro an suasoris commodo inservire nos par sit, mihi obscurum est.

Non minus mira sunt quae statim sequuntur (v. 7 et 8),

μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,
ὄφρα δύνῃ· δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.

[7]) Proximi cognati appellantur ἀγχιστεῖς, proxime cognatum esse alicui dicitur plerumque ἐγγυτάτω τινὸς εἶναι γένει, interdum ἐγγυτάτω τινὶ εἶναι γένους. Ad verba quae sunt τούς τ' ἄγχιστ' ἐγγεγαῶτας proxime accedit quod in Dicaeogenis fr. 1, 3 coniecit Meinekius, θᾶσσον θυραίοις — ἢ τοῖσιν ἄγχιστ' ἐν γένει πεφυκόσιν, at incertissima est ista coniectura, cum libri praebeant ἢ τοῖς ἀνάγκης ἐν γένει πεφυκόσι.

Inane est prioris versus praeceptum, quandoquidem nemo sanus propter leve peccatum odit amicum. Sensu cassa sunt quae accedunt verba ὄφρα δύνῃ: non odisse amicum propter leve peccatum vel ut rectius dicamus ignoscere levibus amicorum delictis semper possumus. Quae adduntur, δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει, ubi ἐγγύθι ναίει verba desumpta sunt ex Hesiod. Op. 288, edoceri velim quo modo concilianda sint cum praegressa sententia: ego nihil possum extricare nisi hoc quod absurdum est: «nunc potes amico leve peccatum remittere; hac facultate si non usus fueris, facile potest fieri ut coactus amico leve peccatum remittas». Ceterum ipsa sententia extremorum verborum displicet: necessarium arbitramur non tam id quod possumus, quam id quo egemus. Prope necessitatem habitat non δύναμις sed χρεία, ut ait Chaeremon fr. 18 p. 611: χρεία δ' ἀνάγκης οὐκ ἀπῴκισται πολύ[8]).

V. 14—16 quale sit istius poetae ingenium luculentissime monstrant:

μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε,
ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι,
χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.

Rectius dicturus erat carminis auctor μηδ' ἀλογίστως ἔχε περὶ μηδέν, quoniam temeritas quaevis improbanda est et vitanda: nunc iubemur cavere ne temeritas in consuetudinem abeat, quasi ut aliis in rebus ita in temeritate modus sit servandus. Quae statim subiunguntur ἀλλὰ γνῶθι κτέ. quivis videt cum iis quae περὶ τοῦ μὴ ἀλογίστως ἔχειν modo dicta erant nullo modo cohaerere: an temerarius homo nescit moriendi necessitatem omnibus instare hominibus, opes autem solere modo acquiri, modo amitti, hoc est, morti nos omnes deberi et divitias esse fluxas et fragiles? Tali modo constipare quae inter se non cohaererent non potuit nisi homo ἀλογίστως ἔχειν εἰθισμένος. Nec melior existet

---

[8]) Haud scio an corrigendum sit οὐκ ἀπῴκισται μακράν. Cf. Eur. fr. 257, 2. Men. mon. 572. Phil. Iud. vol. 2 p. 421. Clem. Alex. Paed. p. 192.

sententiarum nexus, si scripseris κτήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φίλει, ἄλλοτ' ὀλέσσαι: qua scriptura admissa praeceptum nanciscimur novum sane et inauditum; iubemur enim studere alias parandae alias perdendae pecuniae.

Ceterum post v. 14 nequaquam opus erat dici βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου v. 27 et λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου v. 39. Similiter alibi repetit aureus poeta easdem sententias vel formulas. Compares v. 26: (μηδείς σε παρείπῃ) πρῆξαι μηδ' εἰπεῖν ὅ τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι. 29: τάδ' ἐκτελέειν ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσει. 34: μέτρον δὲ λέγω τόδ' ὃ μή σ' ἀνιήσει. 36: πεφύλαξο τοιαῦτα ποιεῖν ὁπόσα φθόνον ἴσχει. 39: πρῆσσε δὲ ταῦθ' ἅ σε μὴ βλάψει. Qui versus etiam alio nomine memorabiles sunt: commendat poeta quae utilia futura sint, quae nocitura sint vetat; sed quae potissimum sint vitanda, quae expetenda, reticet, eaque arte efficit ut videatur aliquid dicere, cum re vera nihil dicat.

Multa sunt in hoc carmine quae vix possint intellegi, maxime vero obscuritate verborum et perversitate laborant v. 63—66, ubi mera habemus aenigmata. Quam dicat poeta ἱερὰν φύσιν (v. 64), nescio: Hierocles p. 156, 6 ed. Gaisf. philosophiam dici existimat, qualis interpretatio ut philosopho placeat, haud facile probabitur philologo. Nec potest perversius fingi dicendi genus quam quod v. 46 extat, ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει. Denique ad indolem poetae cognoscendam sufficiet versus extremus,

ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός.

Recte dici poterat ἀθάνατος καὶ ἀγήραος: coniuncta eiusdem potestatis adiectiva ἀθάνατος ἄμβροτος nec rationi neque usui dicendi conveniunt[9]). Sed verba θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητός desumpta sunt ex Emped. v. 355 St., unde suspicio oritur quam aliunde

---

[9]) Vitiosum arbitror locum Homericum, cuius Th. Zielinski me admonuit, Od. π 212: ἠμὲν κυδῆναι θνητὸν βροτὸν ἠὲ κακῶσαι, ubi pro θνητὸν βροτὸν scripserim βροτὸν ἀνέρα.

confirmari ostendemus, non poetae deberi aureum carmen sed compilatori, qui alienos versus suo carmini inseruerit.

Iam quaeritur χρυσᾶ ἔπη ea quae ad nos pervenerunt utrum eandem primitus faciem ostenderint an decursu temporis varios per casus exuerint genuinam formam, ita ut vel vitiis et corruptelis innumeris vel lacunis vel interpolatorum libidine depravatum carmen olim haud invenustum ad eam quam nunc miramur et indignamur foeditatem redigeretur. Felici casu accidit ut dubitatio ista certa ratione possit expediri: continua testimoniorum serie confirmatur id quod ex ipso carmine colligere quivis facile poterat, non librariis aut correctoribus imputandam esse incredibilem aurei carminis ineptiam, sed ipsi poetae, h. e. compilatori illi et falsario qui, ut credulum semidoctorum hominum vulgus deciperet, opusculo diversis ex elementis conflato splendidum Pythagorae nomen et magnificum aureorum versuum titulum praefixerit.

Versus carminis aurei multi a recentioribus scriptoribus afferuntur: quo in genere quae alii collegerunt locis haud paucis aucta proponemus.

V. **1** et **2** affert Iambl. de Pyth. § 144: μεμνημένοι τῆς Πυθαγόρου ὑποθήκης τῆς «ἀθανάτους — ἀγαυούς». Proclus in Tim. I p. 62 F: ὥσπερ εἰώθασι λέγεσθαι παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις τὸ «ἀθανάτους — τίμα». **4** Stob. Flor. 79, 11: Πυθαγόρου ἐκ τῶν χρυσῶν ἐπῶν. «τούς τε — ἐκγεγαῶτας». **7** et **8** Simplicius in Epict. c. 30 p. 87, 31 ed. Did.: πειθόμενον τῷ χρυσῷ ὄντως ἐκείνῳ παραγγέλματι «μηδ' — μικρᾶς ὄφρα δύνῃ». **8** Genesius p. 89, 19 ed. Bonn.: τῆς ἀνάγκης κορυφουμένης, ἐπείπερ «δύναμις ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει». **9—16** Stob. Flor. 1, 15: Πυθαγόρου. «κρατεῖν δὲ ἐθίζεο — ἄλλοτ' ὀλέσθαι», ubi 12 μήτ' αὐτός habetur. **9** et **10** Ammonii τοῦ Ἑρμείου εἰς τὰς πέντε φωνὰς τοῦ Πορφυρίου ὑπόμνημα quod Berolini a. 1882 edidit E. Wellmann post Galeni qui fertur de partibus philosophiae libellum p. 27, 1 (cf. Schol. Aristot. ed. Berol. p. 10 b 7): «κρατεῖν δ' ἐθίζεο — ὕπνου καὶ φιλότητος». **12** Galenus περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ

ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν c. 5 vol. V p. 26 ed. K.: πειθόμενος τῷ φάντι «πάντων — σαυτόν». Stob. Flor. 24, 2: Πυθαγόρου. «πάντων — σαυτόν». Excerpta philos. in Crameri Anecd. Paris. vol. 4 p. 426, 11: ἡνίκα ἐπᾴδομεν ἑαυτοῖς τὰ τῷ ὄντι χρυσᾶ ἔπη Πυθαγόρου, τὸ «πάντων — σαυτόν». **17** et **18** Plut. Consol. ad Apollonium c. 29 p. 116 E: καλῶς δ' οἱ Πυθαγόρειοι παρεκελεύσαντο λέγοντες «ὅσσα δὲ — ἀγανάκτει», ubi 18 ταύτην ἔχε legitur. Pseudo-Plut. V. Hom. c. 153 p. 146, 20 ed. Did.: παρὰ τοῦτο δέ ἐστι τὸ Πυθαγορικόν, «ὅσσα τε δαιμονίαισι — ἀγανάκτει». Stob. Flor. 108, 27: Πυθαγόρου. «ὅσσα δὲ — ἀγανάκτει», ubi 18 ὧν ἂν μοῖραν ἔλῃς scribitur. **21—26** et **39** Stob. Flor. 3, 21: Πυθαγόρου ἐκ τῶν χρυσῶν ἐπῶν. «πολλοὶ δ' — βέλτερόν ἐστι. πρῆσσε — πρὸ ἔργου», ubi 23 ψεῦδος δ' ἤν σοί τι γένηται, 24 ἐπὶ πᾶσι, 39 ἅ σε μὴ βλάπτει legitur. **32—35** Stob. Flor. 101, 1: Πυθαγόρου. «οὐδ' ὑγιείας — ἄθρυπτον», ubi 32 τῆς κατὰ σῶμ' extat. **37** et **38** Stob. Flor. 15, 7: Πυθαγόρου. «μὴ δαπανᾶν — ἄριστον», ubi ὁποῖα καλῶν ἀδαήμων verba in ἀπειροκάλως ἔνι ἡμῶν corrupta sunt. **39** Stob. Flor. 3, 21 (vide quae supra de v. 21—26 diximus). **40—44** Arrianus Dissert. Epictet. III, 10, 2. 3: ἑκάστου δόγματος ὅταν ἡ χρεία παρῇ (l. ὅταν ᾖ χρεία), πρόχειρον αὐτὸ ἔχειν δεῖ· ἐπ' ἀρίστῳ τὰ περὶ ἀρίστου, ἐν βαλανείῳ τὰ τοῦ βαλανείου, ἐν κοίτῃ τὰ περὶ τῆς κοίτης· «μηδ' ὕπνον — χρηστὰ δὲ τέρπου», ubi 41 pro τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν extat λογίσασθαι ἕκαστα[10]), 42 fluctuare videtur scriptura inter ἐκτετέλεσται et οὐκ ἐτελέσθη, 43 habetur ἀπὸ τοῦδε ἐπέξιθι. Iidem versus apponuntur in Ammonii τοῦ Ἑρμείου εἰς τὰς πέντε φωνὰς τοῦ Πορφυρίου commentario p. 27, 5 ed. Wellm., ubi 43 est αὐτὰρ ἔπειτα (pro καὶ μετέπειτα). **40—42** et **44** Excerpta philos. in Crameri Anecd. Paris. vol. 4 p. 426, 19: ἡνίκα πάλιν ἐπᾴδωμεν ἑαυτοῖς τὰ αὐτὰ χρυσᾶ ἔπη· «μηδὲ ὕπνον — οὐκ ἐτελέσθη; αἰσχρὰ μὲν ἔπρηξας, ἐπιπλήσσεο· ἐσθλὰ δέ, τέρπου». **40—42** Porph. de

---

[10]) Similiter λογίσασθαι ἕκαστον habet Hierocles p. 117, 9 et p. 118, 11 ed. Gaisf., τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν idem p. 114, 11.

Pyth. § 40: πρὸ μὲν οὖν τοῦ ὕπνου ταῦτα ἑαυτῷ τὰ ἔπη ἐπᾴδειν ἕκαστον· «μηδ' ὕπνον — ἐτελέσθη;» Latine reddidit Ausonius Idyll. 16, 14—16: *non prius in dulcem declinat lumina somnum, omnia quam longi reputaverit acta diei: qua praetergressus? quid gestum in tempore, quid non?* **40** et **42** Arrianus Dissert. Epict. IV, 6, 32—35: τὸ τοῦ Πυθαγόρου «μηδ' ὕπνον — προσδέξασθαι» ἐνταῦθα παρατέθεικε. «πῆ παρέβην» τῶν πρὸς κολακείαν; «τί ἔρεξα;» μή τι ὡς ἐλεύθερος, μή τι ὡς γενναῖος; — ἀναπόλει τὰ πεπραγμένα. «πῆ παρέβην» τῶν πρὸς εὔροιαν; «τί ἔρεξα» ἢ ἄφιλον ἢ ἀκοινώνητον; «τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη» πρὸς ταῦτα; **42** Plut. de superst. c. 7 p. 168 B: προσκρούσας ἐν πολιτείαις — τὴν αἰτίαν ἐξ αὑτοῦ καὶ τῶν περὶ αὑτὸν σκοπεῖ· «πῆ παρέβην — ἐτελέσθη;» Plut. de curios. c. 1 p. 515 F: ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν λέγοντος «πῆ παρέβην — ἐτελέσθη;» Laert. Diog. VIII, 22 (Suid. v. Πυθαγόρας vol. II, 2 p. 548): λέγεται παρεγγυᾶν αὐτὸν (sc. Πυθαγόραν) ἑκάστοτε τοῖς μαθηταῖς τάδε λέγειν εἰς τὸν οἶκον εἰσιοῦσι· «πῆ παρέβην — ἐτελέσθη;» Themist. Orat. XIII p. 175 A: εἶτα οὐδὲ ἐπιλέγει αὑτοῦ εἰς τὸν ὕπνον ἰὼν «ποῖ παρέβην — ἐτελέσθη;» Eustratius Comm. ad Aristot. Eth. Nic. (Venet. 1536) fol. 1 a: ἵν' ἐν μηδενί ποτε τοῦ εὖ ἀπολείποιτο, ὡς ἐφ' ἑκάστου λέγειν τῶν πεπραγμένων ὡς Φωκυλίδης «πῆ παρέβην — οὐκ ἐτελέσθη;» Cic. de senect. 11, 38: *Pythagoreorum more exercendae memoriae gratia quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi.* **44** Clemens Alex. Paedag. p. 154: καί μοι δοκεῖ συνεὶς τοῦτο ὁ Σάμιος παραγγέλλειν Πυθαγόρας «δειλὰ μὲν — τέρπου». quae verba spectat Scholion ed. Dind. vol. 1 p. 439, 1: ἐκ τῶν χρυσῶν λεγομένων ταῦτα ἐπῶν. Iohannes Georgides in Boisson. Anecd. vol. 1 p. 12: αἰσχρὰ μὲν ἔπραξας, ἐπιπλήσσεο· ἐσθλὰ δέ, τέρπου. **45** et **46** Iambl. Protr. c. 3 p. 22 ed. Kiessl.: ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τύπος γνώμαις χρώμενος — ὃν ἔχομεν παρειληφότες ἐν ἄλλοις τε καὶ ἐν τοῖς χρυσοῖς ἔπεσιν, ὧν ὀλίγα ἄττα δείγματα παραθετέον τὰ τοιαῦτα· «ταῦτα πόνει — θείας ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει». Georgius Cedr. vol. 1 p. 274, 18 ed. Bonn.: Πυθαγόρας δὲ ὁ Σάμιος — καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη ἔγραψεν — «ταῦτα» φησὶ «πόνει —

θείας ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει». **47** Iulianus Orat. VI p. 196 C: οὐδὲ ἐγεύσω τοῦ νέκταρος «οὐ μὰ τὸν ἐν στέρνοισιν ἐμοῖς παραδόντα τετρακτύν» [11]). Macrobius Comm. in somnium Scip. I, 6, 41: *quaternarium quidem Pythagorei quem* τετρακτύν *vocant adeo — venerantur ut ex eo et iuris iurandi religionem sibi fecerint*, «οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν». **47** sq. David Proleg. philos. in Schol. Aristot. ed. Berol. p. 14 b 40: ὁ τέσσαρα ἀριθμὸς πάνυ ἦν τίμιος παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις, ὡς καὶ αὐτοὶ ὀμνύοντες εἰς τὸν Πυθαγόραν δηλοῦσι λέγοντες «ναὶ μὰ τὸν ἀμετέραις ψυχαῖς — φύσεως». Georgius Cedrenus vol. 1 p. 275, 2 ed. Bonn.: ὅρκῳ τὰ λεχθέντα πιστοῦται, λέγων οὕτως «ναὶ μὰ — φύσεως». Proclus in Tim. p. 6 A: οἱ τὸν ἀριθμὸν ὑμνοῦντες πατέρα μακάρων καὶ ἀνδρῶν καὶ τὴν «τετρακτὺν παγὰν ἀενάου φύσεως». p. 155 D: οὕτω δὴ καὶ αὐτὴν τὴν «τετρακτὺν παγὰν ἀενάου φύσεως» ὕμνησεν ὁ τῶν χρυσῶν ἐπῶν πατήρ. Nicetae Comm. in Greg. Naz. vol. 2 p. 1227 ed. Colon.: ὤμνυον δὲ οὕτως οἱ τούτου (Pythagorae) μαθηταί, καθὼς ἐν τοῖς χρυσοῖς καλουμένοις ἔπεσιν αὐτοῦ φησί [12]), «ναὶ μὰ — φύσεως». Plerique et antiquissimi testes qui v. 47 et 48 afferunt, alterius versus hanc praebent formam,

παγὰν ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν,

nisi quod in fine constanter fere ῥιζώματ' ἔχουσαν in libris nostris habetur [13]). Sic Aetius de placitis philos. I, 3, 8 (Plut. de placitis philos. 1, 3 p. 877 A et Stob. Ecl. I, 10, 12 p. 302): διὸ καὶ ἐπεφθέγγοντο οἱ Πυθαγορικοὶ ὡς μεγίστου ὅρκου ὄντος τῆς τετράδος· «οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ (sic Plut., κεφαλᾷ Stob.) παραδόντα

---

[11]) Imitatus est hunc versum Methodius Sympos. VI, 5 p. 30 ed. Iahn.: τεύξεσθε γὰρ τῶν ἐπαγγελμάτων, ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρας ζωᾶς δείξαντα κέλευθον. Propius ad Iuliani verba accedit quod ex codice Patmiaco edidit Sathas Bulletin de corresp. hellén. vol. 1 p. 6: οὐ μὰ τὸν ἐν στέρνοισιν ἐμοῖς (ed. ἐμοῖσι) σείοντα χαλινά.

[12]) Graeca verba debemus Rittershusio in Porph. p. 166 K.

[13]) Genuinam scripturam ῥίζωμά τ' ἔχουσαν non servarunt, ut opinor, nisi Theonis Smyrnaei codex A et Hippol. Refut. haer. p. 282.

τετρακτύν, παγὰν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν». Hippol. Refut. haer. p. 260: ὅθεν καὶ ὅρκος τις ἔστι τοῖς Πυθαγορικοῖς ἡ τῶν τεσσάρων στοιχείων συμφωνία. ὀμνύουσι δ' οὕτως· «ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ κεφαλᾷ παραδόντα τετρακτύν, πηγὴν ἀενάου φύσεως....... ἔχουσαν». Theo Smyrn. Expos. rerum mathem. p. 94, 6 ed. Hill.: διὸ καὶ ὅρκος ἦν αὐτοῖς (τοῖς Πυθαγορικοῖς)· «οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν, πηγὴν ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν». Sextus Empir. p. 209, 24 ed. Bekk.: οἱ Πυθαγορικοὶ ποτὲ μὲν εἰώθασι λέγειν τὸ «ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν», ὁτὲ δὲ τὸν φυσικώτατον ὀμνύναι ὅρκον οὑτωσί, «οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ κεφαλᾷ — πηγὴν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν». p. 722, 4: ὀμνύοντες οὐ μόνον τὸν ἀριθμὸν ἀλλὰ καὶ τὸν ὑποδείξαντα αὐτοῖς τοῦτον Πυθαγόραν ὡς θεὸν διὰ τὴν ἐν ἀριθμητικῇ δύναμιν, λέγοντες «οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν, πηγὴν — ῥιζώματ' ἔχουσαν». Porph. de Pyth. § 20: ἐπιφθεγγόμενοι πάντες ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτῶν βεβαιουμένοις «οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ γενεᾷ παραδόντα τετρακτύν, παγὰν — ῥιζώματ' ἔχουσαν». Iambl. de vita Pyth. § 150: ἀναφέρεταί γε μὴν εἰς τοὺς Πυθαγορικοὺς καὶ τοιόσδε τις ὅρκος, αἰδῶ μὲν ποιουμένων ὀνομάζειν Πυθαγόραν, — διὰ δὲ τῆς εὑρέσεως τῆς τετρακτύος δηλούντων τὸν ἄνδρα· «οὔ, μὰ τὸν ἀμετέρας σοφίας εὑρόντα τετρακτύν, παγὰν — ῥιζώματ' ἔχουσαν». § 162: ὥστε εἰς ὅρκου σχήματα περιίστατο τοῖς ὁμακόοις· «οὔ, μὰ τὸν ἀμετέρᾳ γενεᾷ (ἀμετέρη γενεῇ libri) παραδόντα τετρακτύν, παγὰν — ῥιζώματ' ἔχουσαν». Theol. arithm. p. 18 ed. Ast.: καθά που καὶ Ἐμπεδοκλῆς· «οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ γενεᾷ παραδόντα τετρακτύν, παγὰν ἀενάου φύσιος ῥιζώματα ἔχουσαν». Adde qui 48 spectant Hippol. Refut. haer. p. 10: ταύτην ὁ Πυθαγόρας ἔφη ἱερὰν τετρακτύν, «πηγὴν — ῥιζώματα ἔχουσαν» ἐν ἑαυτῇ. p. 126: αὕτη ἐστὶν ἡ κατὰ Πυθαγόραν ἱερὰ τετρακτὺς ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ. p. 282: ἔστιν οὖν ἡ κατὰ Οὐαλεντῖνον τετρακτὺς πηγή τις ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τε ἔχουσα. Sext. Empir. p. 723, 27: ὥστε εἰκότως τὸν τέσσαρα ἀριθμὸν παρὰ τοῖς Πυθαγορικοῖς εἰρῆσθαι «πηγὴν ἀενάου φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν». **49—53** Iambl. Protr. c. 3 p. 24: εἴς γε τὴν θεωρητικὴν σοφίαν διὰ τούτων παρακαλεῖ·

«τούτων δὲ — λήθειν». **54** Chrysippus ap. Gell. N. A. VII, 2, 12: διὸ καὶ ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων εἴρηται· «γνώσει δ' — ἔχοντας», ὡς τῶν βλαβῶν ἑκάστοις παρ' αὐτοῖς (fort. παρ' αὐτῶν) γινομένων. **54** sq. Iambl. Protr. c. 3 p. 26: αἱ δὲ ἐπὶ τούτοις γνῶμαι ἀπὸ τῆς προαιρετικῆς ἐν ἡμῖν ζωῆς ποιοῦνται τὴν παράκλησιν, οἷον «γνώσῃ δ' — τλήμονας». **55** sq. Iambl. Protr. c. 3 p. 28: παραπλήσια δὲ τούτῳ καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν· «οἵ τ' ἀγαθῶν — παῦροι συνιᾶσιν». **58** Iambl. Protr. c. 3 p. 30: οὐ γὰρ ἀνεκτόν ἐστι κυλίνδροις ἐοικότας «ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρεσθαι, ἀπείρονα πήματ' ἔχοντας». **59** sq. Iambl. Protr. c. 3 p. 30: ἡ δὲ μετὰ ταῦτα γνώμη ἐστὶ τοιαύτη· «λυγρὰ γὰρ — φεύγειν». **60** Simpl. in Epict. c. 2 p. 23, 22: ὅπερ ὁ τῶν χρυσῶν ἐπῶν ποιητὴς εἶπεν, εἴκοντα χρὴ φεύγειν ἀπὸ τῶν τοιούτων. **61—63** Iambl. Protr. c. 3 p. 34: πρός γε μὴν τὴν θείαν τελειότητα — αἱ τοιαῦται γνῶμαι παρακαλοῦσιν· «Ζεῦ πάτερ — βροτοῖσιν», ubi 61 πολλῶν γε κακῶν παύσειας scribitur. **69—71** Iambl. Protr. c. 3 p. 36: λέγει δὲ οὕτως· «ἡνίοχον γνώμην — θνητός». **70** sq. Chalcidius Comm. in Tim. Plat. c. 135: *Pythagoras etiam in suis aureis versibus,*

> *corpore deposito cum liber*[14]) *ad aethera perges,*
> *evades hominem factus deus aetheris almi.*

Secundum hunc indicem antiquissimus scriptor qui verba quaedam in aureo carmine obvia commemoret est Chrysippus (cf. v. 54), deinde Cicero spectat v. 40—42, tum Arrianus in

---

[14]) Chalcidius utrum scripserit *liberum* an invenerit ἐλεύθερος scripturam, dictu difficile est: accusativo favet indicatus a Welckero Syll. epigr. Gr. ed. alt. p. 27 locus Ciceronis Tusc. disp. I, 22, 51: *cum exierit* (*animus*) *et in liberum caelum quasi domum suam venerit.* Sic ἀέρι ἐλευθέρῳ iuncturam commemorat Pollux 5, 109. Hinc correxerim Clem. Alex. Strom. V p. 670: ὁ ἥλιος δι' ἀέρος γλυκεροῦ καὶ ὑγροῦ τὴν πορείαν ποιούμενος γεννᾷ τὸν χρόνον, ubi pro γλυκεροῦ requiritur epitheton quod mari pariter atque aeri conveniat, itaque δι' ἀέρος ἐλευθέρου scribendum videtur.

Epict. dissert. affert 40—44, Plutarchus 17 sq. et 42, Galenus 12, Sextus Empiricus 47 sq., Laertius Diogenes 42, Clemens Alexandrinus 44, Porphyrius 40—42, Themistius 42, denique v. 47 suum in usum convertit Iulianus. Nullus istorum scriptorum χρυσᾶ ἔπη commemorat, sed quos afferunt versus aut sine auctoris nomine perhibent aut Pythagoreis vel ipsi Pythagorae tribuunt. Χρυσᾶ ἔπη titulum qui norit inter testes quos excitavimus primus est Iamblichus, quem usum esse eo ipso opusculo de quo disputamus patet inde quod in Protr. c. 3 p. 22—36 ed. Kiessl. versus 45 sq., 49—53, 54—56, 58, 59 sq., 61—63, 69—71 hoc ordine affert sine ulla graviore ab verbis supra exhibitis discrepantia. Post Iamblichum aureo carmine usus est Stobaeus in Florilegio, ubi afferuntur v. 4, 9—16, 17 sq., 21—26, 32—35, 37 sq., 39. Florilegii istius magnam partem ex antiquioribus fontibus esse derivatam non nego: nec tamen Iamblichum aetate antecedit Stobaeus, qui haud pauca habet ex Iamblichi libris et quaedam ex ipso Protreptico Iamblichi excerpta. Item recentiores scriptores, velut Proclus, Simplicius, Georgius Cedrenus, norunt χρυσᾶ ἔπη eadem quae nobis servata sunt et ab Hierocle illustrata. Neque ceterorum scriptorum quotquot aurei carminis mentionem faciunt ullus, quantum scio, Iamblicho fuit antiquior[15]). Cf. Gregor. Naz. c. Iul. p. 97 C: οἱ παρ' ὑμῖν τὰ Πυθαγόρου φιλοσοφοῦντες, οἷς τὸ «αὐτὸς ἔφα» τὸ πρῶτον καὶ μέγιστόν ἐστι τῶν δογμάτων καὶ τῶν χρυσῶν ἐπῶν εἴτ' οὖν μολιβδῶν αἱρετώτερον. Hieronymus Epist. ad Rufinum: *cuius enim sunt illa* χρυσᾶ παραγγέλματα? *nonne Pythagorae?* Alciphr. 3, 55, 7: ὁ Πυθαγόρειος δὲ τὴν σιωπὴν λύσας τῶν χρυσῶν ἐπῶν τινα μουσικὴν ἁρμονίαν ἐτερέτιζεν[16]). David Proleg. philos. in Schol. Aristot.

---

[15]) Cf. Mullach in Hierocl. p. XXII, cuius haec sunt verba: *ante quartum a Christo nato saeculum nemo* τὰ χρυσᾶ ἔπη *hoc ipso nomine appellavit, siquidem hac appellatione primus usus est Iamblichus in Protreptico.*

[16]) Alciphronis aetas ignota est, at recentiorem eum fuisse Iamblicho docent vocabula quibus usus est semibarbara: cf. Meinek. p. 175.

ed. Berol. p. 13 b 23: μηδὲ γάρ τις οἰέσθω τὰ χρυσᾶ ἔπη αὐτοῦ εἶναι, ἀλλά τις τῶν Πυθαγορείων ἐποίησε ταῦτα καὶ πρὸς τιμὴν ἔγραψε (l. ἐπέγραψε) τὸ ὄνομα τοῦ οἰκείου διδασκάλου. p. 17 b 14 (Anecd. Paris. vol. 4 p. 436, 16): ὅπερ καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ἐποίησαν· καὶ γὰρ αὐτοὶ ποιήσαντες τὰ χρυσᾶ ἔπη ἐπέγραψαν τὸ ὄνομα τοῦ οἰκείου διδασκάλου πρὸς τιμὴν αὐτοῦ. Tzetzes Exeg. Il. p. 12, 18: καὶ χρυσᾶ δὲ ἔπη τὰ Πυθαγόρεια.

Diximus a Chrysippo afferri aurei carminis v. 54. Si Chrysippi aetate hoc est tertio ante Christum saeculo extitissent χρυσᾶ ἔπη, permirum esset, cum versus huius carminis haud pauci a Cicerone Plutarcho Galeno aliis vel excitentur vel spectentur, neminem ante Iamblichum huius tituli mentionem fecisse, qui ideo potissimum ab eo qui nosset taceri vix poterat quod depromptae ex isto carmine sententiae commendationem adderet aptissimam minimeque quaesitam. Quod scriptores Iamblicho antiquiores χρυσᾶ ἔπη nusquam commemorant non erit mirum, si ipsum titulum istum non norant. Ac fuerunt qui syllogen praeceptorum quae aut ipsi Pythagorae aut Pythagoreis tribuerentur, a Neoplatonicis demum philosophis χρυσᾶ ἔπη appellata esse contenderent: quam suspicionem nullo modo posse probari quivis, ut opinor, facile intelleget. Primum ad Neoplatonicos transfertur id quod speciosius de Iamblicho dici poterat: Porphyrius enim cum flosculos quosdam in aureo carmine obvios afferat, tamen aureos versus nusquam commemorat. Deinde Iamblichus tametsi fervidissimus est admirator Pythagorae, cuius divinam appellat philosophiam sicut ipsum divinum virum, tamen vix potuit eam quae nobis in manibus est syllogen confusam et absurdam adeo admirari ut χρυσῶν ἐπῶν titulum ipse comminisceretur: unus cui tale commentum imputari possit est auctor carminis vel potius compilator, qui tituli splendore fucum facturus esset literatis hominibus iudicio destitutis. Sed faciamus Iamblichum et insecutos philosophos Neoplatonicos adeo fuisse mente captos ut carmini pessimo, cuius perversitas nauseam nobis movet, aureorum versuum nomen suo arbitrio impertirent: quo tandem pacto fieri potuit ut

ex hominum quorundam admiratione carminis absurdi fieret titulus communi usu receptus et codicum nostrorum consensu propagatus? Archestrati carmen gastronomicum eximie placuit Athenaeo, a quo semel (VII p. 320 F) ὁ ὀψαρτυτὴς Ἀρχέστρατος ἐν τοῖς χρυσοῖς ἔπεσι commemoratur: nemo tamen fuit qui fictum ab Athenaeo titulum admitteret. Item fuerunt qui Oppiani Halieutica, cuius poematis singulos versus aureo nummo remuneratus esse dicitur Severus, χρυσᾶ ἔπη nominarent (cf. Sozom. Hist. eccl. prooem. p. 394 D): nec tamen aut principis largitio aut vulgi approbatio eam habuit vim ut genuinus titulus obliteraretur. Num putabimus, ne alia commemorem, Gregorium Nazianzenum dicturum fuisse aureos istos versus rectius plumbeos appellari, si χρυσᾶ ἔπη titulus fuisset commenticius, non ab ipso carminis auctore factus, sed recenti memoria fictus a philosophis quibusdam Neoplatonicis?

Quod Chrysippus usus est versu eo qui est aurei carminis 54, duplici modo potest accipi: aut sylloge Pythagoreorum versuum eadem vel propemodum eadem quae nunc aurea vocatur, Chrysippo est antiquior aut carminis aurei scriptor versum Chrysippo notum opusculo suo inseruit. Utra sententia vera sit, non potest esse dubium, ac rectissime iam a. 1856 Ed. Zeller de philos. Gr. vol. I ed. alt. p. 215 ex Chrysippi verbis a Gellio allatis de aetate qua aureum carmen sit compositum negavit quidquam posse colligi. Cum tamen ne nunc quidem desint qui aut Lysidis aetate aut non multo postea aureos versus scriptos esse velint, rationem ab aureorum versuum scriptore initam accuratius persequemur.

Plagiarium iam supra p. 212 sq. deprehendimus: ex Empedoclis verbis notissimis,

χαίρετ᾽· ἐγὼ δ᾽ ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός,

repetita est clausula aurei carminis v. 71: ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός. Nec desunt alia quibus de aureorum versuum origine et de compilatoris ingenio edoceamur docu-

menta. Non dixerim Phocylideo versu usum esse aurei carminis poetam (42) hoc,

πῆ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;

Afferunt vel spectant istam sententiam scriptores haud pauci, Phocylidi tribuit unus Eustratius mero, ut opinor, errore. At ex antiquo poeta descripta arbitror verba μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον (v. 38). Sententia a multis est frequentata: velut μέτρον ἄριστον dixisse Cleobulum [17]) tradunt Stob. Flor. 3, 79 et Clem. Alex. Strom. I p. 351, πάντων μέτρον ἄριστον eidem tribuitur a Suid. v. Κλεόβουλος. Identidem Pseudo-Phocylides similia profert, velut 14: καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασιν. 69: πάντων μέτρον ἄριστον. 98: τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον. Ac πᾶν μέτρον ἄριστον appellant Gramm. cod. Ambr. p. 266, 3 ed. meae et Schol. Hephaest. p. 145, sicut πᾶν μέτρον καὶ ἐν παντὶ πράγματι ἄριστον εἶναι κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον dicit Theodorus Metoch. p. 548. Cum ipsis autem verbis aurei carminis consentit Theanus q. d. epistola p. 606, 27 ed. Herch.: καὶ ἐπὶ τούτου δεῖ νοεῖν, μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. Spuria ista epistola fortasse usus est aurei carminis scriptor, auctorem verborum iudico Hesiodum, in cuius Op. 694 nunc scribitur,

μέτρα φυλάσσεσθαι· καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος,

at secundum praegressum μέτρα nomen necessarium videtur μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον. Quam scripturam servavit Macrobius Sat. V, 16, 6: *Homerus omnem poesin suam ita sententiis farsit ut singula eius* ἀποφθέγματα *vice proverbiorum in omnium ore fungantur:*

ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισι (Δ 320),
χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν (ο 74),

---

[17]) Hoc Cleobuli apophthegma, non aurei carminis verba, ut putabat Cobet Coll. crit. p. 463, spectat Galenus vol. V p. 7 ed. K.: ὀρθῶς γὰρ ἔοικεν εἰρῆσθαι τὸ «μέτρον ἄριστον».

μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον,
οἱ πλέονες κακίους (β 277),
δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι (ϑ 351),
ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλῃ πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν
(Hesiod. Op. 210),

et alia plurima. Homero tribuere Macrobius facile potuit Hesiodi verba μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον, sicut paulo post eundem errorem admisit de versu ἄφρων δ' ὅς κ' ἐθέλῃ κτέ.: nequaquam probabile arbitror inter Homericos et Hesiodeos versus allatum esse flosculum repetitum ex aureo carmine, cuius notitiam nusquam prodit Macrobius. Quod autem libri Hesiodei miro consensu praebent καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος, haud scio an debeatur verbis quae inter Theognidea leguntur (v. 401), μηδὲν ἄγαν σπεύδειν· καιρὸς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος ἔργμασιν ἀνθρώπων.

At ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendimus compilatoris sedulitatem cum mira dementia coniunctam in v. 47 sq., ubi iuris iurandi Pythagoreorum habemus priorem versum integrum, alterum dimidium. Cum enim in verbis ῥίζωμά τ' (sive ῥιζώματ') ἔχουσαν, quibus caret aureum carmen, plerique et antiquissimi scriptores consentiant, facile patet versum antiquiorem a plagiario qui τὰ χρυσᾶ ἔπη concinnavit esse mutilatum, qua de re ne ii quidem dubitare videntur qui Chrysippo antiquius esse aureum carmen affirmant. Duplici autem modo in isto furto compilator ineptiit: primum retinuit traditas formas Doricas ἁμετέρᾳ ψυχᾷ et παγάν, quas non animadvertisset cum opusculi sui dialecto pugnare; deinde Pythagoram fecit iurare per Pythagoram, is enim est ὁ παραδοὺς τετρακτύν. Haec quidem ineptia tanta est quae neminem facile potuerit fugere: itaque Byzantini quidam scriptores non Pythagorae sed uni ex Pythagoreis τὰ χρυσᾶ ἔπη tribuenda existimarunt, sicut hoc saeculo Th. Bergk in Poet. Lyr. Gr. edit. tert. p. 465 Pythagoreum philosophum appellat aurei carminis scriptorem, qui nec Pythagoreus fuit nec philosophus. Compilator ille et falsarius qui τὰ χρυσᾶ ἔπη conscripsit, dubitari non potest

quin ipsius Pythagorae nomen opusculo suo inscripserit: quod nisi fecisset, nemo unquam insulsum carmen aut Pythagorae imputasset aut attentione ulla dignum habuisset. Non solent falsarii ea uti cautione aut modestia ut libris a se suppositis certi auctoris titulum invideant, sed fraudibus suis praetexunt illustrium virorum nomina, quorum splendore confidant imperitum vulgus facillime decipi. Itaque Πυθαγόρου χρυσᾶ ἔπη existimamus genuinum esse huius opusculi titulum, non fictum ab admiratoribus carminis, sed excogitatum ab ipso carminis scriptore. Qui ubi opusculo suo inseruit verba ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ γενεᾷ παραδόντα τετρακτύν, admisit sane ineptiam vix credibilem nec tamen isto auctore indignam aut multo maiorem quam quae cernitur in sententiis sine ullo ordine temere coacervatis et in verbis passim absurdis. Manifesto compilator, ut fidem operi conciliaret, quae nosset Pythagoreae philosophiae placita dedita opera ostentavit: inde ius iurandum illud decantatum praeteriri nefas duxit.

Admodum exiguam autem fuisse eius qui aureos versus scripsit Pythagoreae philosophiae scientiam haud difficulter intellegitur. Pleraque quae profert non certae cuiusdam philosophiae propria sunt: interdum admiscet quae cum Pythagoreorum doctrina parum conveniant aut consociari nullo modo possint. Norat aureus poeta distingui a Pythagoreis θεούς, δαίμονας, ἥρωας: invertit ordinem commemorans (1—3) θεούς, ἥρωας, δαίμονας, et parum apte καταχθονίους dicit δαίμονας. Etiam magis absonum est quod in fine aurei carminis legimus (70 sq.), animas relicto corpore in coelum evehi et fieri immortales: Pythagoram audimus docuisse animarum migrationem, sicut se ipsum certis argumentis demonstrarit fuisse Euphorbum et alios prioris vitae admonuerit.

Secundum haec quae diximus non mirabimur antiquiores quosdam sive Pythagorae sive Pythagoreorum versus aureo carmini esse insertos. Afferuntur autem ab scriptoribus Iamblicho superioribus hi versus qui in aureo carmine recurrunt:

12: πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν.
17 sq.: ὅσσα δὲ δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
ἣν ἂν μοῖραν ἔχῃς, ταύτην φέρε μηδ' ἀγανάκτει.
40 sqq.: μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι
πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστα·
πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
ἀρξάμενος δ' ἀπὸ τοῦδε ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο, χρηστὰ δὲ τέρπου.
47 sq.: οὐ μὰ τὸν ἀμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
παγὰν ἀενάου φύσεως [ῥίζωμά τ' ἔχουσαν].
54: γνώσει δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.

Versus isti aliquanto meliores sunt quam qui aurei carminis scriptori conveniant: nimirum Chrysippus et alii scriptores aetate suppares non ex aureo carmine istos versus deprompserunt, sed falsarius qui aureum carmen Pythagorae supposuit, quosdam versus antiquos et bonos, quos Pythagorae vel Pythagoreis tribui legisset, suis ineptiis admiscuit consilio eo ut germanus existimaretur Pythagoras. Certum testimonium quo probetur versus quosdam in aureo carmine obvios afferri a scriptoribus istius carminis ignaris, praebet Laertius Diogenes VIII, 6—8, quo loco agitur de libris quos Pythagoras scripserit: ἐναρχόμενος ὁ Πυθαγόρας τοῦ φυσικοῦ συγγράμματος λέγει ὧδε· «οὐ μὰ τὸν ἀέρα τὸν ἀναπνέω, οὐ μὰ τὸ ὕδωρ τὸ πίνω, οὐ κατοίσω ψόγον περὶ τοῦ λόγου τοῦδε». γέγραπται δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγράμματα τρία, παιδευτικόν, πολιτικόν, φυσικόν. τὸ δὲ (fort. τὸ δὲ τέταρτον) φερόμενον ὡς Πυθαγόρου Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου Πυθαγορικοῦ, φυγόντος εἰς Θήβας καὶ Ἐπαμεινώνδα καθηγησαμένου. φησὶ δ' Ἡρακλείδης ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ γεγραφέναι αὐτὸν καὶ περὶ τοῦ ὅλου ἐν ἔπεσι· δεύτερον τὸν ἱερὸν λόγον, οὗ ἡ ἀρχή,

Ὦ νέοι, ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίης τάδε πάντα·

τρίτον περὶ ψυχῆς, τέταρτον περὶ εὐσεβείας, πέμπτον Ἡλοθαλῆ τὸν

Ἐπιχάρμου τοῦ Κῴου πατέρα [18]), ἕκτον Κρότωνα καὶ ἄλλους. τὸν δὲ μυστικὸν λόγον Ἱππάσου φασὶν εἶναι [19]), γεγραμμένον ἐπὶ διαβολῇ Πυθαγόρου. πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ Ἄστωνος τοῦ Κροτωνιάτου γραφέντας ἀνατεθῆναι Πυθαγόρᾳ. φησὶ δὲ καὶ Ἀριστόξενος τὰ πλεῖστα τῶν ἠθικῶν δογμάτων λαβεῖν τὸν Πυθαγόραν παρὰ Θεμιστοκλείας τῆς ἐν Δελφοῖς [20]). Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριαγμοῖς φησὶν αὐτὸν ἔνια ποιήσαντα ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα [21]). αὐτοῦ λέγουσι καὶ τοὺς Σκοπιάδας, οὗ ἡ ἀρχή «μὴ ἀνααίδευ (?) μηδενί». Patet ex hoc indice librorum a Pythagora compositorum vel potius Pythagorae suppositorum ignota fuisse Laertio Diogeni τὰ χρυσᾶ ἔπη: nihilo minus affert Diogenes VIII, 22 huius carminis v. 42, quem hausit non ex aureo carmine sed ex fonte antiquiore.

Diximus supra verba πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν, quae leguntur in aurei carminis v. 12, afferri sine auctoris nomine a Galeno in libro περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν c. 5 vol. V p. 26 ed. K. In eiusdem libri c. 6 (p. 30 sq.) haec habentur verba: οὐ φαίνεσθαι χρὴ τοῖς τοιούτοις, ὅταν εἴπωσί τι τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, ἀγανακτοῦντας, ἀλλὰ χάριν εἰδότας· εἶτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν σαυτὸν ἀναμιμνήσκειν, ἄμεινον μὲν εἰ πολλάκις, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ πάντως γε κατὰ τὴν ἕω πρὶν ἄρχεσθαι τῶν πράξεων, εἰς ἑσπέραν δὲ πρὶν ἀναπαύσεσθαι μέλλειν. ἐγὼ δήποτε (δήπου malim) καὶ ταύτας δὴ τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις εἴθισα (εἴθισμαι coni. Cobet) δὶς τῆς ἡμέρας

---

[18]) Verba ista quae sunt τὸν Ἐπιχάρμου τοῦ Κῴου πατέρα a lectore haud indocto addita esse suspicor: ubi enim titulus libri indicatur, permirum est personam tituli definiri, sicut hoc loco fit, patris nomine addito.

[19]) Alii nullum Hippasi opus extitisse affirmarunt, cf. quae supra diximus p. 66.

[20]) Eadem fere tradit Laertius Diog. VIII, 21. Cf. Porph. de Pyth. § 41: καὶ ἄλλ' ἄττα ἐπαίδευεν ὅσα παρὰ Ἀριστοκλείας τῆς ἐν Δελφοῖς ἔλεγεν ἀκηκοέναι, ubi παρὰ Θεμιστοκλείας scripsit Ernestus Maass de biographis Gr. quaest. sel. p. 100, quamquam Ἀριστοκλείᾳ τῇ Πυθίᾳ extat in Phot. et Suid. v. τάδ' ἐκ τοῦ τρίποδος.

[21]) Cf. Clem. Alex. Strom. I p. 397. Quae subicit Laertius Diogenes non expedio: emendationem temptavit Mullach Fragm. philos. Gr. vol. 2 p. VII.

ἀναγινώσκειν μὲν τὰ πρῶτα, λέγειν δ' ἀπὸ στόματος ὕστερον. οὐ γὰρ ἀρκεῖ μόνον ἀοργησίαν ἄγειν (l. ἀσκεῖν coll. p. 11), ἀλλὰ καὶ λιχνείας καὶ λαγνείας οἰνοφλυγίας τε καὶ περιεργίας καὶ φθόνου καθαρεύειν. Manifesto spectantur a Galeno versus notissimi, μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν κτέ., quibus aurei carminis compilator usus est (40—42). At quod hoc loco nixus contendit Cobet Mnem. nov. vol. 8 (a. 1880) p. 240, Galenum τὰ χρυσᾶ ἔπη tenuisse memoriter et bis quotidie recitasse, mihi quidem parum probabile videtur. Nihil obstat quominus credamus notam fuisse Galeno syllogen quandam παραινέσεων quae Pythagorae vel Pythagoreis tribuerentur: sed inter illas παραινέσεις et ea quae nunc habemus χρυσᾶ ἔπη quae intercesserit ratio, nemo unquam explorarit.

Quod dixi aurei carminis scriptorem antiquiores qui sive Pythagorae sive Pythagoreorum philosophorum esse putarentur versus carmini suo inseruisse, vel maxime ea re videtur commendari quod alios Pythagoreos versus haud paucos invenimus traditos, quorum non nulli, cum recte vivendi praecepta contineant, ab aurei carminis argumento minime abhorrebant et fortasse ideo tantum quod ignoti fuerunt compilatori non sunt admissi. Versus istos collectos hoc loco proponam, ita quidem ut eos quos aurei carminis scriptor suum in usum convertit omittam excepto iure iurando Pythagoreo, quod in aureo carmine truncatum esse supra ostendimus.

PYTHAGOREI QUI PERHIBENTUR VERSUS.

I (ΙΕΡΟΣ ΛΟΓΟΣ)

Ὦ νέοι, ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίης τάδε πάντα

Laert. Diog. VIII, 7 (cuius verba supra p. 225 attulimus).

II (ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΕΙΣ ΔΙΑ)

Ὧδε θανὼν κεῖται Ζάν, ὃν Δία κικλήσκουσιν.

Porph. de vita Pyth. § 17: Κρήτης δ' ἐπιβὰς (ὁ Πυθαγόρας) τοῖς Μόργου μύσταις προσῄει — εἰς δὲ τὸ Ἰδαῖον καλούμενον ἄντρον

καταβὰς ἔρια ἔχων μέλανα τὰς νομιζομένας τρὶς ἐννέα ἡμέρας ἐκεῖ διέτριψεν καὶ καθήγισεν τῷ Διὶ τόν τε στορνύμενον αὐτῷ κατ᾽ ἔτος θρόνον ἐθεάσατο, ἐπίγραμμά τ᾽ ἐνεχάραξεν ἐπὶ τῷ τάφῳ ἐπιγράψας «Πυθαγόρας τῷ Διί», οὗ ἡ ἀρχή «ὧδε — κικλήσκουσιν». Descripsit Porphyrii locum Cyrillus c. Iul. X p. 342 C, spectavit idem XVI libro, cf. Neumann in Iuliani libr. contra Chr. p. 80. Versum repetit Anthol. Pal. 7, 746: Πυθαγόρου εἰς τάφον τοῦ Διὸς ἐν Κρήτῃ. «ὧδε μέγας κεῖται — κικλήσκουσιν». Respicit Iohannes Chrysostomus Homil. 3 in Epist. ad Titum vol. XI (ed. Montf. Paris. 1734) p. 744 A (quem locum indicavit Rittershusius in Porph. p. 185 ed. Kiessl.): οἱ Κρῆτες τάφον ἔχουσι τοῦ Διὸς ἐπιγραφέντα τοῦτο, ἐνταῦθα Ζὰν κεῖται, ὃν Δία κικλήσκουσι. Cf. Iohannes Antioch. in Anecd. Paris. vol. 2 p. 236, 18 (Muelleri Fragm. Hist. vol. 4 p. 542. Chron. pasch. p. 80, 6. Georg. Cedr. vol. 1 p. 31, 17. Suid. v. Πῆκος), quo teste Πῖκος ὁ καὶ Ζεύς in Creta insula defunctus est et sepulcro eius inscripta sunt verba «ἐνθάδε κατάκειται (vel κεῖται θανὼν) Πῖκος ὁ καὶ Ζεύς, ὃν καὶ Δία καλοῦσιν». Breviorem sepulcri titulum Ζὰν Κρόνου ab Ennio (in Euhemero p. 174 ed. Vahl.) commemoratum esse tradit Lactantius Instit. I, 11, 46.

III (ΥΜΝΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΡΙΘΜΟΝ)

πρόεισιν ὁ θεῖος ἀριθμὸς
μουνάδος ἐκ κευθμῶνος ἀκηράτου, ἔστ᾽ ἂν ἵκηται
τετράδ᾽ ἐπὶ ζαθέην· ἢ δὴ τέκε μητέρα πάντων
πανδεχέα πρέσβειραν, ὅρον περὶ πᾶσι τιθεῖσαν,
ἄτροπον ἀκαμάτην· δεκάδα κλείουσί μιν ἁγνὴν
ἀθάνατοί τε θεοὶ καὶ γηγενέες ἄνθρωποι.

Proclus in Tim. p. 96 D: ὁ μὲν γὰρ πατὴρ ἦν μονάς, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι φασί, δεκὰς δὲ αὕτη τῶν θείων ἡ τάξις. «ἔστ᾽ ἂν ἵκηται προϊὼν ὁ θεῖος ἀριθμὸς μονάδος ἐκ κευθμῶνος. πανδεχέα πρέσβειραν ὅρον περὶ πᾶσι τιθεῖσαν, ἄτροπον ἀκαμάτην δεκάδα, κλείουσί μιν ἁγνήν». p. 155 C: καὶ τοῦτο ἄρα ἦν ὃ καὶ ὁ εἰς τὸν ἀριθμὸν Πυθα-

γόρειος ὕμνος ἔλεγεν, ὅτι «πρόεισι μὲν μουνάδος ἐκ κευθμῶνος, ἔστ' ἂν ἵκηται τετράδ' ἐπὶ ζαθέην». τίκτει δὲ αὕτη τὴν δεκάδα μητέρα πάντων οὖσαν. p. 212 A: διὸ καὶ ὁ πᾶς ἀριθμὸς «μονάδος ἐκ κευθμῶνος» προῆλθε «τετράδ' ἐπὶ ζαθέην, ἣ δὴ τέκε μητέρα πάντων ἄτροπον ἀκαμάτην, δεκάδα κλύουσί μιν ἁγνήν». p. 269 B: πρόεισι γὰρ ὁ θεῖος ἀριθμός, ὥς φησὶν ὁ Πυθαγόρειος εἰς αὐτὴν ὕμνος, «μονάδος ἐκ κευθμῶνος ἀκηράτου, ἔστ' ἂν ἵκηται τετράδα ἐπὶ ζαθέην, ἣ δὴ τέκε μητέρα πάντων, πανδοχέα πρέσβειραν, ὅρον περὶ πᾶσι τιθεῖσαν, ἄτροπον ἀκαμάτην, δεκάδα κλείουσί μιν ἁγνήν». p. 331 E: ἡ δεκὰς κοσμική, καθάπερ ὁ ὕμνος ὁ Πυθαγόρειος λέγει, «πανδεχέα πρέσβειραν» αὐτὴν καλῶν, «ὅρον περὶ πᾶσι τιθεῖσαν, ἄτροπον ἀκαμάτην· δεκάδα κλείουσί μιν ἁγνήν». Ex his locis instauravit Pythagorei hymni reliquias quas adscripsimus Lobeck Aglaoph. p. 720, qui v. 1 προϊὼν πᾶς θεῖος ἀριθμὸς scripsit, cuius loco praetuli πρόεισιν ὁ θεῖος ἀριθμὸς cum Mullachio Fragm. philos. Gr. vol. 1 p. 200. Integrum locum servavit Syrianus Comm. in Aristot. Metaph. p. 893 a 19: «πρόεισι γὰρ ὁ θεῖος ἀριθμὸς μουνάδος — γηγενέες ἄνθρωποι», atque idem Syrianus verba μουνάδος ἐκ κευθμῶνος ἀκηράτου (v. 2) repetit p. 911 a 34, et spectans v. 4 dicit ὅρον περὶ πᾶσι τεθέντα (sic) p. 915 b 6.

IV

οὔ, μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτύν,
παγὰν ἀενάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν.

Duo isti versus omissis extremis verbis ῥίζωμά τ' ἔχουσαν extant in aureo carmine (47 sq.). Fontes loci supra indicavimus p. 216 sq., restat ut potiorem lectionis varietatem addamus. V. 1 οὔ, μὰ sive οὐ μὰ] ναὶ μὰ carmen aureum et qui eo usi sunt David Proleg. phil. in Schol. Aristot. ed. Berol. p. 14 b 40. Georgius Cedrenus vol. 1 p. 275, 2. Nicetas Comm. in Greg. Naz. vol. 2 p. 1227. ἁμετέρᾳ ψυχᾷ] ἁμετέραις ψυχαῖς David

Prol. phil., ἁμετέρᾳ γενεᾷ Iambl. de vita Pyth. § 162. Theol. arithm. p. 18, ἁμετέρας σοφίας Iambl. de vita Pyth. § 150, ἁμετέρᾳ κεφαλᾷ Sextus Empir. p. 209, 24. Stob. Ecl. vol. 1 p. 302. παραδόντα] εὑρόντα Iambl. de vita Pyth. § 150. V. 2 παγὰν] πηγὴν Theo Smyrn. p. 94, 7. Sextus Empir. p. 209, 25. 722, 5. 723, 27. Hippol. Ref. haer. p. 10. ἀενάου] ἀεννάου plerique libri, ἀενάω Cobet Coll. crit. p. 467. φύσεως] φύσιος Porph. de Pyth. § 20. Theol. arithm., quod probarunt Heeren in Stob. Ecl. et Cobet Coll. crit. p. 467. ῥίζωμά τ' Hippol. Ref. haer. p. 282 cum Theonis Smyrnaei codice A, ῥιζώματ' ut videtur reliqui. Mira est discrepantia v. 1, ubi inter ψυχᾷ, γενεᾷ, κεφαλᾷ testes fluctuant: fortasse genuina lectio fuit ἁμετέρᾳ φύτλᾳ.

V

πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπαναστὰς
εὖ μάλ' ὀπιπεύειν ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις.

Porphyrius de Pyth. § 40: πρὸ μὲν οὖν τοῦ ὕπνου ταῦτα ἑαυτῷ τὰ ἔπη ἐπᾴδειν ἕκαστον (sc. παρηγγύα ὁ Πυθαγόρας)· μηδ' ὕπνον — ἐτελέσθη; (aur. carm. 40—42) πρὸ δὲ τῆς ἐξαναστάσεως ἐκεῖνα· «πρῶτα μὲν — τελέσσεις». V. 2 εὖ μάλ' ὀπιπεύειν scripsi, εὖ μάλα ποιπνύειν cod. Bodl. de quo rettulit Bywater in Hermae Berol. vol. 5 p. 364, εὖ μάλα ποιπνεύειν ed. pr. Extant duo isti versus in codice Monacensi August. 490 inter v. 39 et 40 aurei carminis interpositi, quos a docto lectore ex Porphyrio descriptos esse suspicor.

VI

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
ἄμμι δίδου, τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένων ἀπερύκοις.

Orion Anthol. 5, 17: ἐκ τῶν Πυθαγορικῶν. «Ζεῦ — ἀπερύκοις». Anthol. Pal. 10, 108: ἄδηλον. «Ζεῦ — ἀπερύκοις». Plat. Alcib. II p. 143 A: κινδυνεύει γοῦν, ὦ Ἀλκιβιάδη, φρόνιμός τις εἶναι ἐκεῖνος ὁ ποιητὴς ὅς δοκεῖ μοι φίλοις ἀνοήτοις τισὶ χρησάμενος,

ὁρῶν αὐτοὺς καὶ πράττοντας καὶ εὐχομένους ἅπερ οὐ βέλτιον ἦν, ἐκείνοις δὲ ἐδόκει, κοινῇ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν εὐχὴν ποιήσασθαι. λέγει δέ πως ὡδί· «Ζεῦ — εὐχομένοις ἀπαλέξειν». Hunc locum qui descripsit Proclus in Plat. de re publ. p. 402, in versibus supra allatis non omnino cum Platone consentit. Eosdem versus ex Italicis duobus codicibus edidit G. Wolff in Porph. de philos. ex orac. haur. libr. reliq. p. 240. V. 1 Ζεῦ βασιλεῦ] Ζεῦ Κρονίδη Orion, ὦ βασιλεῦ codices Italici. 2 λυγρὰ] δεινὰ Plat. εὐχομένων] εὐχομένοις Plat. Procl. Orion. ἀπερύκοις] ἀπαλέξειν Plat. Fortasse usus est his versibus Christianus poeta Anthol. Pal. 1, 30: ἐσθλὰ δίδου χατέουσι, τὰ δ' οὐ καλὰ νόσφιν ἐρύκοις, cuius versus altera pars concinit fere cum Theocr. 7, 127: τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἐρύκοι.

VII

ἶσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν κεφαλάς τε τοκήων.

Clem. Alex. Strom. III p. 521: (οἱ Πυθαγόρειοι) ἀπαγορεύουσι κυάμοις χρῆσθαι, οὐχ ὅτι πνευματοποιὸν καὶ δύσπεπτον καὶ τοὺς ὀνείρους τεταραγμένους ποιεῖ τὸ ὄσπριον οὐδὲ μὴν ὅτι ἀνθρώπου κεφαλῇ ἀπείκασται κύαμος κατὰ τὸ ἐπύλλιον ἐκεῖνο «ἶσόν — τοκήων», μᾶλλον δὲ ὅτι κύαμοι ἐσθιόμενοι ἀτόκους ἐργάζονται τὰς γυναῖκας. Excerpta philos. in Anecd. Paris. vol. 4 p. 404, 17: ἦν γὰρ παρ' αὐτοῖς (sc. τοῖς Πυθαγορείοις) «ἶσόν — τοκήων». Plutarch. Quaest. conv. II, 3, 1 p. 635 F: καὶ προύφερεν Ἀλέξανδρος ὁ Ἐπικούρειος ἐπὶ γέλωτι τὸ «ἶσόν — τοκήων». Ioh. Lydus de mensibus 4, 29 p. 68, 22: διὰ τοῦτο τὸν ποιητὴν φάναι «ἶσόν — τοκήων». Didymus in Geop. 2, 35 p. 183: φέρεται δὲ καὶ Ὀρφέως τοιάδε ἔπη· «δειλοὶ πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθε» (Emped. 441 ed. St.) καὶ «ἶσόν — τοκήων». Etym. Gud. p. 351, 8: Ὅμηρος· ἶσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν. Spectant hunc versum multi alii, velut Lucianus Dial. mort. 20, 3: ΠΥΘ. ἔμαθον γὰρ ὡς οὐδὲν ἴσον κύαμοι καὶ κεφαλαὶ τοκήων ἐνθάδε. Ath. II p. 65 F: ἐγκέφαλοι χοίρειοι. τούτων ἡμᾶς ἐσθίειν οὐκ εἴων οἱ φιλόσοφοι, φάσκοντες τοὺς αὐτῶν μεταλαμβάνοντας ἴσον καὶ κυάμων τρώγειν κεφαλῶν τε οὐ τοκήων

μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων βεβήλων. Sext. Empir. p. 174, 1: ἔνιοι δὲ θᾶττον ἂν τὰς κεφαλὰς φαγεῖν φασὶ τῶν πατέρων ἢ κυάμους. Lucian. Somn. c. 4 vol. 2 p. 710: ἢ ἐψεῦσθαί σοι ἀνάγκη — ἢ Πυθαγόρᾳ ὄντι παρανενομηκέναι καὶ τὸ ἴσον ἠσεβηκέναι κυάμους φαγόντα ὡς ἂν εἰ τὴν κεφαλὴν τοῦ πατρὸς βεβρώκεις. Iohannes Chrysost. Hom. 2 in Ioh. Euang. vol. VIII (ed. Montf. Paris. 1728) p. 10 A: καὶ ἀνθρώπους ἀφεὶς διδάξαι τι τῶν χρησίμων, ἐπαίδευσεν ὅτι ἴσον ἦν κυάμους φαγεῖν καὶ τὰς τῶν γεννησαμένων κεφαλάς. Nicetas Chon. in Dindorfii Epiphan. vol. 1 p. XXVII: καὶ κυάμους μὴ ἐσθίειν ἐνομοθέτει — ὡς ταὐτὸν ὂν τήν τε πατρῴαν κεφαλὴν ἀναλίσκειν καὶ τὸ κυάμους βιβρώσκειν. Inprimis vero memorabilia sunt quae prodit Schol. V Il. N 589: τοὺς δὲ κυάμους ὡς μέλανας οὐκ ἐσθίουσιν οἱ ἱερεῖς. οἳ δὲ ἱερὸν λόγον φασίν· «ἶσον κυάμους τε φαγεῖν κεφαλάς τε τοκήων» διὰ τὸ «ψυχῆς αἰζηῶν βάσιν ἔμμεναι ἠδ' ἀναβαθμὸν εἰς Ἀίδαο δόμον, ὅταν αὔγασις ἀνίωσιν», quocum cf. Eust. Il. p. 948, 23. Recte Bergk (*Jahrb. f. Philol.* 1870 p. 837) ψυχῆς in ψυχῇς et εἰς Ἀίδαο δόμον (Eust. ἐξ Ἀίδαο) in ἐξ Ἀίδαο δόμων mutavit: extrema verba αὔγασις ἀνίωσιν ex Eust. sunt emendata. Quod olim statui versus,

ψυχῇς αἰζηῶν βάσιν ἔμμεναι ἠδ' ἀναβαθμὸν
ἐξ Ἀίδαο δόμων, ὅταν αὐγὰς εἰσανίωσιν,

Pythagoreis tribui, nunc sperno. Quae enim de animarum descensu et ascensu his verbis significantur, uni conveniunt Heraclito; cf. Iambl. ap. Stob. Ecl. I, 41, 39 p. 906: Ἡράκλειτος μὲν γὰρ ἀμοιβὰς ἀναγκαίας τίθεται ἐκ τῶν ἐναντίων ὁδόν τε ἄνω καὶ κάτω διαπορεύεσθαι τὰς ψυχὰς ὑπείληφε. Aeneas Gaz. ed. Boiss. p. 5: ὁ μὲν γὰρ Ἡράκλειτος διαδοχὴν ἀναγκαίαν τιθέμενος ἄνω καὶ κάτω τῆς ψυχῆς τὴν πορείαν ἔφη γίγνεσθαι. Unde haud scio an Scythini habeamus versus, quem tradunt Heracliti dogmata poemate exposuisse: qua de re dixit P. Schuster in Act. soc. philol. Lips. III p. 354 sq. — Ceterum in versu Pythagorico de quo agitur, κυάμους ἔσθειν praebet Plut., κυάμους τρώγειν Athenaeus et Clemens Alex., κυάμους φαγέειν Anecd. Paris.

VIII

δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδάνιπτρον.

Inter symbola Pythagorica Iamblichus Protr. p. 312 et p. 338 haec praebet verba: εἰς μὲν ὑπόδησιν τὸν δεξιὸν πόδα πάρεχε (προπάρεχε p. 312), εἰς δὲ ποδόνιπτρον τὸν εὐώνυμον. Ipsum versum prodidit Zenobius 3, 36: δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον· ἐπὶ τῶν ἁρμοδίως τοῖς πράγμασι κεχρημένων. Cf. Helladius Phot. Bibl. p. 533 b 20: φησὶ γὰρ ὁ Πολέμων, ὡς μαρτυρεῖ Δίδυμος, δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδάνιπτρα. Suidas: δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδονίπτραν, Ἀριστοφάνης, ἐπὶ τῶν ἁρμοδίως τοῖς πράγμασι κεχρημένων. ubi Aristophanem grammaticum non comicum dici coniecit Dobree Adv. 2 p. 257, cf. Kock Com. Att. fragm. vol. 1 p. 593 sq. In fine versus ποδάνιπτρα praebet Helladius, ποδόνιπτρον Zenobius et Iamblichus, ποδονίπτραν Suidas: ποδάνιπτρον restituit Brunckius[22]). Pro ἀριστερὸν quod Iamblichus offert εὐώνυμον praetulit Goettling *Gesamm. Abhandl.* I p. 291 fortasse recte, quamquam hiatus in caesura primaria omni caret offensione[23]): utique vero erravit Cobet Mnem. nov. II p. 271, qui vitiosam Iamblichei loci scripturam ὑπόδησιν Zenobio iussit obtrudi tanquam certam emendationem: improbanda est forma ὑπόδεμα, non minus improbanda ὑπόδησις. Respondent enim inter se ὑπόδεσις et ὑπόδημα sicut θέσις et ἀνά-

[22]) Vitiosum arbitror locum Ath. X p. 451 D: καὶ Στησίχορος δ' ἐν Ἑλένῃ λιθαργύρεον ποδονιπτῆρα ἔφη, ubi revocandum λιθάργυρον ποδανιπτῆρα.

[23]) Homericis carminibus familiarem esse hiatum in trochaica tertii pedis caesura et saepissime correctorum perversitate obliteratum ostendimus alio loco (*Bulletin* XXVI p. 210—219 sive *Mélanges Gréco-Rom.* IV p. 606—620). Nec rarus est idem hiatus apud recentiores poetas, ubi similiter plurimi loci inutilibus vel falsis coniecturis temptati sunt. Veteres correctores depravarunt Orph. Arg. 861: νῦν δέ σοι, ὦ Μουσαῖε, παρατροχάδην ἀγορεύσω. ubi παρατροχάδην vocabulum inauditum et sententiae parum conveniens in ἐπιδρομάδην mutandum est.

θημα, εὕρεσις et εὕρημα, σχέσις et σχῆμα, βάσις et βῆμα, στάσις et σύστημα, κρίσις et κρῖμα, ἄροσις et ἄρωμα, πόσις et πῶμα, φύσις et φῦμα, χύσις et χῦμα: qua de re identidem dixit ipse Cobet, velut V. L. p. 85. N. L. p. 455. 791. Nov. Test. p. L sq. Mnem. nov. I p. 57. In Artemid. IV, 2 et 83 librariorum errores ὑποδήσει et ὑπόδησιν correxit Hercher.

IX

κέκλυθι, κύδιμ' ἀριθμέ, πάτερ μακάρων, πάτερ ἀνδρῶν.

Simplicius in Aristot. Phys. ausc. VII f. 254 (2) b (Schol. in Aristot. ed. Brand. p. 422 b 35): ἀριθμὸν δὲ τὴν οὐσίαν εἶπεν ἢ τοῖς Πυθαγορείοις κατακολουθῶν, ἀρχὰς τῶν ὄντων λέγουσι τοὺς ἀριθμούς· «κέκλυθι — ἀνδρῶν» καὶ «ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν», ἢ ὅτι κατ' ἀριθμούς τινας ὡρισμένους τῶν τε στοιχείων καὶ τῶν μερῶν ἁπάντων γενέσεις καὶ συστάσεις ἐπιτελοῦνται. Simplicius in Aristot. Phys. ausc. III f. 104 b: ὃν (sc. τὸν ἀριθμὸν οἱ Πυθαγόρειοι) ὑμνοῦντες λέγουσι· «κέκλυθι — ἀνδρῶν». Proclus in Tim. p. 6 A: οἱ τὸν ἀριθμὸν ὑμνοῦντες «πατέρα μακάρων καὶ ἀνδρῶν» καὶ τὴν τετρακτὺν «παγὰν ἀενάου φύσεως». Simplicius in Aristot. de coelo III p. 259 a 37 ed. Karst.: διότι καὶ «πατέρα μακάρων» τὸν ἀριθμὸν ἐξύμνουν. Orpheo versum tribuit et ἵλαθι pro κέκλυθι praebet Iohannes Lydus de mensibus 2, 10 p. 24, 7: ὅθεν καὶ Ὀρφεὺς περὶ ἑξάδος ταῦτα φησί· «ἵλαθι — ἀνδρῶν».

X

ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν.

Sextus Empir. p. 209, 22: οἱ Πυθαγορικοὶ ποτὲ μὲν εἰώθασι λέγειν τὸ «ἀριθμῷ — ἐπέοικεν», ὁτὲ δὲ τὸν φυσικώτατον ὀμνύναι ὅρκον. p. 212, 21: τοίνυν ὑγιὲς τὸ «ἀριθμῷ — ἐπέοικεν». p. 721, 30: ὅθεν καὶ ἀεί ποτε ἐπεφώνουν (οἱ Πυθαγορικοί) τὸ «ἀριθμῷ — ἐπέοικεν». Theo Smyrn. Expos. rerum math. p. 99, 15 ed. Hill.:

διὸ πρώτῳ τῷ εἰρημένῳ ὅρκῳ οἱ Πυθαγορικοὶ ἐλέγοντο χρῆσθαι καὶ (τῷ) «ἀριθμῷ — ἐπέοικεν». Iambl. de vita Pyth. § 162: Πυθαγόρας τὰ τῆς ἀληθείας ἐνέκρυπτε ζώπυρα τοῖς δυναμένοις ἐναύσασθαι — οἷόν περ καὶ ἐν τῷ «ἀριθμῷ — ἐπέοικεν». Themist. Paraphr. Aristot. vol. 1 p. 220, 22 ed. Speng.: πάντα γὰρ ἐκ τῶν ἀριθμῶν (οἱ Πυθαγόρειοι) παράγουσι τὰ αἰσθητά, κἀντεῦθεν τὸ «ἀριθμῷ — ἐπέοικεν». vol. 2 p. 20, 21: καὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἐκείνους εἴδη τῶν ὄντων ἐτίθεντο· «ἀριθμῷ — ἐπέοικε». Syrianus Comm. in Aristot. Metaph. p. 891 b 6: εἴπερ ὑγιὲς τὸ «ἀριθμῷ — ἐπέοικεν». p. 902 a 22: πρόχειρον ἔχοντας ἐπίφθεγμα (an ἀπόφθεγμα?) τὸ «ἀριθμῷ — ἐπέοικεν». Simplicius in Aristot. Phys. ausc. VII f. 254 (2) b (Schol. Aristot. ed. Br. p. 422 b 36): τοῖς Πυθαγορείοις κατακολουθῶν, ἀρχὰς τῶν ὄντων λέγουσι τοὺς ἀριθμούς· «κέκλυθι, κύδιμ' ἀριθμέ, πάτερ μακάρων, πάτερ ἀνδρῶν» καὶ «ἀριθμῷ — ἐπέοικεν». Simplicius in Aristot. de caelo III p. 259 a 39: διότι καὶ «πατέρα μακάρων» τὸν ἀριθμὸν ἐξύμνουν καὶ «ἀριθμῷ — ἐπέοικεν» ἔλεγον. Respicit idem hemistichium Plutarchus de animae procr. c. 33 p. 1029 F: τὸ μὲν γὰρ ἀριθμῷ πάντα ἐπεοικέναι, κατὰ τὴν Πυθαγορικὴν ἀπόφασιν, λόγου δεῖται. Simillima sunt verba Il. X 71: νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν, et Tyrtaei fr. 10, 27: νέοισι δὲ πάντ' ἐπέοικεν.

XI

ἄνθρωπος δίπος ἐστὶ καὶ ὄρνις καὶ τρίτον ἄλλο.

Iambl. de vita Pyth. § 144: ἔστι γὰρ παρ' αὐτοῖς λεγόμενον ὅτι «ἄνθρωπος — ἄλλο». τὸ γὰρ τρίτον Πυθαγόρας ἐστί.

XII

βωμὸν ἐρεύθοντας μακάρων θερμοῖσι φόνοισιν

Sextus Empir. p. 419, 14: ἔνθεν καὶ παρῄνουν οὗτοι οἱ φιλόσοφοι (Pythagoram commemoraverat et Empedoclem) ἀπέχεσθαι τῶν ἐμψύχων καὶ ἀσεβεῖν ἔφασκον τοὺς ἀνθρώπους «βωμὸν — φόνοι-

σιν». καὶ Ἐμπεδοκλῆς που φησίν· «οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος;» κτέ. Quantum ex verborum nexu colligimus, tribuitur versus supra adscriptus Pythagorae aut Pythagoreis. De praecepto Pythagorae quod hoc loco spectatur apposuimus scriptorum testimonia in Iambl. p. 73.

XIII

εἴ τις ἐρεῖ «θεός εἰμι παρὲξ ἑνός», οὗτος ὀφείλει
κόσμον ἴσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν «ἐμὸς οὗτος»,
κοὐχὶ μόνον στήσας εἰπεῖν «ἐμός», ἀλλὰ κατοικεῖν
αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε· πεποίηται δ' ὑπὸ τούτου.

Iustinus Martyr de monarchia c. 2: καὶ ταῦτα οὕτως φράζει (Orpheus) ὡς αὐτόπτης γεγονὼς τοῦ μεγέθους θεοῦ· κοινωνεῖ δ' αὐτῷ καὶ Πυθαγόρας ἐν οἷς γράφει· «εἴ τις — τούτου». V. 4 ἀπὸ codices praebent, ὑπὸ ante Ottonem restituit Lobeck Aglaoph. p. 721. Ipsi versus, quos Lobeck revocandos putabat ad ἱερὸν λόγον eum cuius exordium Heraclides apud Laert. Diog. VIII, 7 prodidit, ab homine Iudaeo aut Christiano ficti sunt.

XIV

ἦν γὰρ καὶ πάρος ἦν καὶ ἔσσεται, οὐδέ ποτ', οἴω,
τούτων ἀμφοτέρων κενεώσεται ἄσπετος αἰών.

Hippol. Ref. haer. p. 264 ed. Gott.: τοιγὰρ οὖν καὶ περὶ τῆς διανομῆς τοῦ κόσμου ἀποφαίνονται τοιοῦτόν τινα τρόπον οἱ Πυθαγορικοί· «ἦν γὰρ — αἰών». Eosdem versus recte Empedocli (v. 110 sq. ed. St.) tribuit Hippol. p. 386, ubi εἰ γὰρ καὶ πάρος ἦν legitur. Emendationes certas (ἔσσεται οὐδέ ποτ' οἴω pro ἔσται οὐδέπω τοίω, κενεώσεται pro κενώσεται vel καινὸς ἔσται, ἄσπετος pro ἄσβεστος) recepi. Primorum verborum medelam desidero: prolatis adhuc coniecturis praestat fortasse ᾗ γὰρ καὶ πάρος ἦν, ὣς ἔσσεται.

XV

ἔλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον·
ῥᾴδια πάντα θεῷ τελέσαι, καὶ ἀνήνυτον οὐδέν.

Iambl. de vita Pyth. § 139 postquam commemoravit Pythagoreos statuisse omnia deos posse, haec addit: καὶ ἡ ἀρχὴ ἡ αὐτή ἐστι (malim καὶ ἀρχὴ αὕτη ἐστὶ) τῶν ἐπῶν ἃ [ἐκεῖνοι] φασὶ μὲν εἶναι Λίνου, ἔστι μέντοι ἴσως ἐκείνων· «ἔλπεσθαι — ἀνήνυτον οὐδέν». Cf. Stob. Flor. 110, 1: Λίνου ποιητοῦ. «ἔλπεσθαι — ἀνήνυτον οὐδέν». Delendum esse in Iamblichi verbis ἐκεῖνοι pronomen loco non suo additum, supra ostendimus p. 102. Si credidisset Iamblichus Pythagoreos Lino carmina supposuisse, dicere debebat eos Lini auctoritatem suo de dis dogmati praetexuisse: nunc cum dicat ἔστι μέντοι ἴσως ἐκείνων, non fraudis accusat Pythagoreos, sed de auctore versuum quorundam, qui Lini esse vulgo existimentur, coniecturam profert ex consensu istorum versuum et Pythagorei dogmatis repetitam.

XVI

φείδεο τῆς ζωῆς, μή μιν καταθυμοβορήσῃς.

Stob. Flor. 124, 24: Πυθαγόρου. «φείδεο — καταθυμοβορήσῃς». Plut. de vita et poesi Hom. c. 154: πάλιν Ὅμηρος μὲν φησί, «τέκνον ἐμόν, τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων σὴν ἔδεαι κραδίην» (Il. Ω 128 sq.), ὁ δὲ Πυθαγόρας «φείδεο — καταθυμοβορήσῃς».

XVII

ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός.

Iambl. de vita Pyth. § 162: τοιοῦτον δή ἐστι τὸ «ἀρχὴ — παντός». Hanc ipsam proverbii formam servarunt Philo Iud. vol. 1 p. 489 ed. M. Lucianus Somn. c. 3 vol. 1 p. 5. Galenus vol. X p. 450 ed. K. (quem locum indicavit et correxit Haupt

Opusc. 3 p. 544) Demetrius de eloc. c. 122. Diogenianus Vind. 1, 83. Respiciunt idem hemistichium praeter Platonem et Aristotelem, quorum locos supra p. 118 attulimus, Polybius V, 32, 1. Philo Iud. vol. 1 p. 319. Marinus Procl. 34. Theod. Metoch. p. 85 al. Latine reddidit Horatius Epist. 1, 2, 40: *dimidium facti qui coepit habet.* Item Ausonius Epigr. 81: *dimidium facti est coepisse.* De auctore sententiae quod dicit Lucianus Hermot. c. 3 vol. 1 p. 742: ἀλλὰ τήν γε ἀρχὴν ὁ αὐτὸς οὗτος Ἡσίοδος ἥμισυ τοῦ παντὸς ἔφη εἶναι, fide caret; confudisse videtur cum hoc proverbio id quod Hesiodus Op. 40 dixit, πλέον ἥμισυ παντός: eundem errorem admiserunt editores Suidae v. ἀρχὴ ἥμισυ παντός.

XVIII

ἀείσω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι.

Stob. Flor. 41, 9: Πυθαγόρου. «ἀείσω — βέβηλοι». Versus φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί (vel ἀείσω sive ἀείδω ξυνετοῖσι), θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, quem plurimi scriptores vel afferunt vel respiciunt (cf. Lobeck Aglaoph. p. 439 sqq. 450 sqq.), vulgo Orpheo tribuitur: quod hoc loco Pythagoras auctor praedicatur, errori imputamus repetendo ex Stob. Flor. 5, 72: καὶ μὴν οὐδέν ἐστιν οὕτω τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἴδιον ὡς τὸ συμβολικόν, οἷον ἐν τελετῇ μεμιγμένον φωνῇ καὶ σιωπῇ διδασκαλίας γένος· ὥστε μὴ λέγειν «ἀείσω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι», ἀλλ' αὐτόθεν ἔχειν φῶς καὶ χαρακτῆρα τοῖς συνήθεσι τὸ φραζόμενον, τυφλὸν δὲ καὶ ἄσημον εἶναι τοῖς ἀπείροις. Ex hoc loco, quem Plutarchi esse coniecit Wyttenbach (cf. Plut. fragm. p. 51, 23 ed. Did.), lector parum attentus facile potuit colligere Pythagoram perhiberi allati versus auctorem[24]).

[24]) Simillimo errori ansam dedit locus Clem. Alex. Strom. V p. 681: ναὶ μὴν καὶ ἡ Πυθαγόρου συνουσία καὶ ἡ πρὸς τοὺς ὁμιλητὰς διττὴ κοινωνία ἀκουσματικοὺς τοὺς πολλοὺς καί τινας μαθηματικοὺς ἑτέρους καλοῦσα τοὺς γνησίως ἐνθαπτομένους τῆς φιλοσοφίας, «ἀλλὰ τὸ μὲν

XIX

μὴ γεύεσθαι μελανούρων.

Plut. de pueris educ. c. 17 p. 12 D: τοῦτο δὲ παρήγγελλε καὶ Πυθαγόρας αἰνίγμασιν — οἷον «μὴ γεύεσθαι μελανούρων». Quod versus his verbis continetur paroemiacus (cf. Meinek. in Theocr. p. 459) fortuitum arbitror: nec verum est quod contendit Goettling (*Gesamm. Abhandl.* 1 p. 298) hanc esse constantem sententiae formam: ἀπηγόρευε μήτ' ἐρυθῖνον ἐσθίειν μήτε μελάνουρον ait Laert. Diog. 8, 19. μελανούρου ἀπέχου Iambl. Protr. p. 312. 330. καὶ μελανούρου δὲ ἀπέχεσθαι παρήγγελλε Iambl. de vita Pyth. § 109. μελάνουρον μὴ ἐσθίειν Tryph. Rhet. vol. VIII p. 735, 3 et Theodoretus Gr. aff. cur. p. 299. μελανούρων μὴ γεύσεσθαι (l. μὴ γεύεσθαι) Rhet. VIII p. 718, 3.

Aliquanto probabilius ad Pythagoreorum versus referas Stob. Flor. 3, 24: Πυθαγόρου. «ἰσχὺς καὶ τεῖχος καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ φρόνησις». Efficietur hexameter dactylicus, si ἡ in ἐστὶ mutaris. Non admodum violenta est ista mutatio, necessariam non dixerim.

XX

Audimus Pythagoreos ius iurandum quam maxime declinasse, et teste Laertio Diogene (VIII, 22) edictum fuit Pythagorae μὴ ὀμνύναι θεούς. Concinit cum isto edicto versus qui Choerilo tri-

---

φάσθαι, τὸ δὲ κεκρυμμένον εἶναι» πρὸς τοὺς πολλοὺς ᾐνίσσετο. Quo de loco Cobet (Λογ. Ἑρμ. vol. 1 p. 451) haec dicit: τὰ μὲν ἄλλα τοῦ Κλήμεντος, Πυθαγορείου δέ τινος ὁ στίχος·

ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ (καὶ) κεκρυμμένον εἶναι.

Cobeto fidem habuit Dindorf, qui vol. 1 p. LIII Pythagorei alicuius hexametrum hoc loco proferri affirmat. Atque hexametrum verissime Cobet agnovit: de Pythagoreo quominus cogitemus obstat illud quod versiculus est Odysseae λ 443. Ceterum καὶ particula etiam in Odysseae libris quibusdam omissa est, cuius erroris originem quivis facile agnoscet.

buitur in Stob. Flor. 27, 1: Χοιρίλου Περσηίδος. «ὅρκον δ' οὔτ' ἄδικον χρεὼν ὀμνύναι οὔτε δίκαιον. Ubi libri praebent ἔμμεναι: ὀμνύναι, quod iam Meinekio in mentem venerat (v. Stob. Flor. vol. 4 p. LXI), optime restituit Cobet Mnem. vol. IX p. 92. De auctore versus dubitationem movit Naeke in Choeril. p. 160: «*nescio an non tam epicum carmen deceat hic versus quam ethicum vel philosophicum*». Fortasse qui nunc habetur versus Pythagoreo tribuendus est. Choerili autem locus excidit.

Qui Lini vulgo perhibebantur versus,

> ἔλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον·
> ῥάδια πάντα θεῷ τελέσαι καὶ ἀνήνυτον οὐδέν,

Iamblicho visi sunt cum Pythagoreorum de dis sententia adeo congruere ut dubitaret an illis potius quam Lino essent tribuendi: qua de re supra diximus p. 237. Ex Iamblichi verbis conclusit Valckenaer Diatr. in Eurip. perditorum dram. reliq. p. 281 Pythagorei cuiusdam esse decem versus cum lemmate Λίνου in Stob. Flor. 5, 22 servatos:

> φράζεο δὴ σπουδὴν ἐντυνάμενος δι' ἀκουῆς
> μύθων ἡμετέρων ἀτραπὸν περὶ παντὸς ἀληθῆ,
> κῆρας ἀπωσάμενος πολυπήμονας κτέ.

Ista si vera esset coniectura, etiam alios quosdam qui Lini feruntur versus [25]) ad eundem fontem liceret revocare: at suspi-

[25]) Plenius quam antea factum erat istos versus collegit Mullach Fragm. philos. Gr. I p. 156 sq., qui de extremo loco disputans non debebat neglegere Clem. Alex. Strom. V p. 713 sive Callim. fr. 145 ed. Bentl. Fugerunt Mullachium quae extant in Theol. arithm. p. 50 ed. Ast.: διὸ καὶ Λίνος ὁ θεολόγος ἐν τῷ πρὸς Ὑμέναιον δευτέρῳ θεολογικῷ φαίνεται λέγων·

> τέσσαρες ἀρχαὶ ἅπασιν τρισσοῖς δεσμοῖς κρατοῦνται.

Versum heroicum qui extremis verbis continetur Lobeck Aglaoph. p. 946 ita instaurabat ut scriberet τέσσαρες ἀρχαὶ ἅπαν τρισσοῖς δεσμοῖσι κρατοῦνται. Ubi ἅπαν quid sibi velit, non assequor: fortasse τέσσαρες ἀρχαὶ

cio Valckenari omni caret fundamento, cum neque Iamblichus neque alius quisquam supposita Lino a Pythagoreis carmina tradat.

Quae modo attulimus versuum Pythagoricorum exempla nequaquam probant Pythagoram aut Pythagoreos poesi operam dedisse et quasdam nobis servatas esse istorum poematum reliquias. Non obloquar siquis contenderit ne unum quidem versum Pythagorei philosophi ullius aut ad nos pervenisse aut olim extitisse. Unum tamen est quod videamur demonstrasse, fuisse primis post Christum saeculis literatos homines qui versus quosdam aetate et pretio multum inter se distantes Pythagorae vel eius scholae temere adscriberent. Istius modi versus falsarius ille qui Πυθαγόρου χρυσᾶ ἔπη composuit, ut Pythagoricae sapientiae specie credulum vulgus deciperet, suum in usum convertit. Hinc orta est mira aurei carminis inaequalitas: siquid inest quod placeat, id ab homine fraudulento extrinsecus est adscitum; quaecunque ipse temptavit fatua sunt et absurda. Quod vero unum maxime proprium est aurei carminis, dico confusionem illam incredibilem, qua sine ullo ordine et nexu ab initio usque ad finem miro modo omnia miscentur, ita ut congeriem habeamus temerariam et ratione destitutam, cui nihil usquam simile gens aut aetas ulla viderit, confusionem istam excusare quidem non possumus, necesse enim est dementem fuisse qui tale chaos admitteret, at possumus explicare quadamtenus inde quod is qui Pythagorae aureum carmen supposuit compilatoris personam egit alienos versus colligentis et conglutinantis.

Cui aetati debeantur τὰ χρυσᾶ ἔπη, vix potest esse dubium. Plurimis scriptoribus notum est istud carmen quarto post Chri-

---

ἀεὶ scribendum. Sicut alibi Πίνδος in Πίνδαρος, Γέται in λέγεται, Πιερίας in περιεργίας, σμῆται in σμήχεται, ἄνθεμα in ἀναθέματα corrumpi videmus, ita ΑΕΙ sive ΑΣΙ potuit in ἅπασι mutari.

stum saeculo: primus qui eius mentionem faciat est Iamblichus, non norat praeceptor Iamblichi Porphyrius. Testimoniorum supra allatorum serie continua eo adducimur ut ineunte quarto post Christum saeculo aureum carmen consutum esse statuamus. Auctorem carminis dicimus hominem fuisse dementem: pariter mente captos iudicamus huius aetatis philologos eos qui Chrysippo antiquius miserrimum istud opusculum existimarint. Nec tamen est quod talia proferri miremur, cum sciamus fuisse qui fabulas a Minoide Mena imperitissime fictas tanquam Babrii fabularum syllogen alteram nobis propinarent. Iis qui sapere audeant argumentationem meam probatum iri confido: plus appetere non ausim.

INDICES.

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX VOCABULORUM.

σαν 35, 10. ἀξιώσειεν 129, 18. ἀξιῶσαι 164, 4. 19. ἠξιώκαμεν 156, 1. ἠξιοῦτο 11, 5.
ἀξίωμα 131, 16. ἀξιώματος 131, 8. 15. τῶν ἐν τοῖς ἀξιώμασι 178, 7.
ἀοινία v. ἀνοινία.
ἀπαγγείλαντος 108, 12. ἀπαγγελθέντων 32, 2.
ἀπαγορεύσεις 154, 9.
ἀπαγορεύων 151, 9. ἀπαγορεύει 113, 13. 125, 13.
ἀπάγχω: ἀπάγξασθαι 126, 8.
ἀπάγω: ἀπάγοντα 78, 12. ἀπάγουσα 140, 6. ἀπήγαγε 134, 16.
ἀπάθεια 163, 6.
ἀπαίρω: ἀπῆρεν 22, 1. 174, 11.
ἀπαιτῶ: λόγον ἀπαιτοῦντι 129, 14.
ἀπαλλάσσω: ἀπήλλασσε 45, 16. ἀπήλλασσον 83, 14. ἀπήλλαττε 45, 11. ἀπαλλάξαι 96, 7. ἀπηλλάττετο 123, 10. ἀπηλλάττοντο 141, 2. 156, 22. ἀπαλλάττεσθαι 187, 10. ἀπηλλάγη 82, 6. 85, 8. 134, 10. ἀπαλλαγεῖσα 42, 5. ἀπαλλαγέντων 16, 12.
ἀπανθίζω: ἀπηνθισμένον 106, 6.
ἀπαντῶ: οἱ ἀπαντῶντες 42, 17. τοῖς ἀπαντῶσι 54, 9. ἐπὶ τὰς πανηγύρεις ἀπαντῶντι 40, 1. ἐπὶ τὰ συσσίτια ἀπαντᾶν 72, 5. ἀπήντησε 138, 10. ἀπαντῆσαι εἴς τινα τόπον 180, 7.
ἅπαξ 75, 10. 161, 10.
ἀπαξίωσε 54, 3.
ἀπαράβατοι 99, 8.
ἀπαραιτήτως 48, 12 m. 157, 5.
ἀπαράλλακτον 87, 11.
ἀπαραλόγιστον 84, 12. 132, 10.
ἀπαράλογον 132, 10 m.
ἀπαρέγκλιτον 14, 2.
ἀπαρτήσας 85, 11.
ἀπαρχάς 16, 8.
ἅπας ἅπαντες passim. ἅπαντας ἀνθρώπους 13, 16. 122, 16. τῶν ἁπάντων 13, 1. 38, 11. 46, 15. 112, 5. 114, 2. πάντων πρὸς ἅπαντας 49, 8. 15. 159, 13. 160, 4. πρὸς ἅπαντας πανταχῇ 25, 13. ἅπαντα ὅσα διορίζουσιν 100, 8. ἁπάντων ὀξυτέρα 91, 15.
ἀπειλῆς 131, 12.
ἄπειμι: ἀπόντος 172, 15.
ἄπειρος 116, 20. 130, 20. 131, 2. εἰς ἄπειρον 146, 18. ἄπειρος τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας 67, 5.
ἀπελαύνων 151, 9. ἀπήλαυνε 70, 15.
ἀπεμπολῆσαι 40, 3.
ἀπέραντον 147, 7.
ἀπεργάζονται 56, 1. ἀπειργάζετο 45, 14. ἀπειργάζοντο 156, 17. ἀπειργάσατο 67, 9. ἀπεργασάμενος 155, 4.
ἀπερίβλεπτος 118, 14.
ἀπερίληπτον 118, 14 m. ἀπερίληπτα 116, 20.
ἀπερισκέπτου 149, 17 m.
ἀπέρισσα 115, 2.
ἀπέρχομαι: ἀπιέναι 73, 6. 12. ἀπῄει 27, 4. ἀπῆλθεν 173, 14. 179, 1.
ἀπευδιασμοί 99, 10.
ἀπεχθάνωνται 177, 8.
ἀπεχόμενος 79, 5. ἀπεχόμενοι 94, 1. ἀπέχεσθαι 42, 8. 78, 13. 79, 10. 80, 6. 7. 134, 19. 140, 3. 144, 6. ἀπείχοντο 157, 16. ἀφέξονται 146, 19. ἀπέσχετο 16, 13. ἀπόσχοιτο 19, 7. ἀποσχέσθαι 57, 6. 188, 10.
ἀπιστοῦντες 101, 16. ἀπιστοῦντας 102, 8. ἀπιστεῖν 108, 7. ἀπιστῆσαι 102, 1. ἀπιστεῖσθαι 165, 5.
ἄπλαστος 136, 9. ἄπλαστον 49, 6.
ἄπληστος 145, 3.
ἁπλοῦς: τὴν ἁπλῆν καὶ τὴν πρώτην φύσιν 113, 6. τὴν ἁπλῆν καὶ ἀποίκιλον παράδοσιν 76, 3. οὐδὲ ἁπλᾶ τὰ ὄντα 117, 11.
ἁπλῶς 14, 9. 25, 9. 39, 12. 82, 7. 132, 11. ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν 114, 14. 132, 23. 144, 12.
ἀπό passim. ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος 67, 13. ἀπὸ τῆς Ἰταλίας 133, 13. ἀπὸ Τάραντος 137, 5. ἀπὸ τοῦ συνοικοῦντος ἀνδρός 37, 19. ἀνισταμένην ἀπὸ τοῦ ἑαυτῆς ἀνδρός 96, 11. ἀπὸ τῆς εὐνῆς ἀνισταμένων

8 al. παραγενόμενος πρὸς τοὺς Γέτας 126, 13. προσελθόντα πρὸς τὸν βωμόν 20, 2. cf. 31, 9. 63, 2. 167, 21. 173, 7. πρὸς ἑαυτὸν ἀπηλλάγη 85, 8. εἰσῆχθαι πρὸς αὐτόν 34, 1. πρὸς τὸν τύραννον ἤγαγον 138, 13. πρὸς τοὺς βωμοὺς προσενεγκεῖν 37, 11. cf. 180, 2. προσάγειν αὐτὸν πρὸς τὴν τεκνοποιίαν 149, 11. τὰ πλείονα πρὸς τὴν ἰατρικὴν μετενέγκας 168, 1. πρὸς τὰ ἀσώματα προσαγόμενον 159, 4. τὴν πρὸς ἄνδρα δεδομένην 38, 16. πρὸς πόνους παραβαλλόμενος 151, 2. πρὸς βωμὸν προσευξάμενος 26, 11. θεμένων πρὸς γύναιον ἱμάτιον 91, 1. ἀπιδὼν πρὸς τὸν Ἄβαριν 153, 6. cf. 50, 19. 145, 17. ἀπαγγελθέντων πρὸς τοὺς πατέρας 32, 2. εἶπε πρὸς τοὺς οἰκέτας 142, 3. cf. 89, 13. 91, 10. 92, 8. 18. 104, 3. 129, 10. 130, 1. τοῖς πρὸς τοὺς υἱοὺς ῥηθεῖσιν 32, 4. cf. 185, 13. τὰ πρὸς Φάλαριν ῥηθέντα καὶ πραχθέντα 151, 13. cf. 129, 4. πρὸς ἅπαντας ἀπεφθέγγετο 118, 17. cf. 32, 6. πυκνὸν ἦν αὐτῷ πρὸς ἅπαντας ἀπόφθεγμα 25, 13. λόγους διαλεχθῆναι πρὸς αὐτούς 27, 10. cf. 24, 20. 35, 9. 77, 6. πρὸς τοὺς ἐξωτερικοὺς ἀνέκφορα 158, 2. πρὸς τὸν πατέρα δώσειν ἐπιστολήν 130, 3. πρὸς τοὺς θεοὺς βλασφημίας προφέρειν 152, 8. ἐχρῆτο εὐφημίᾳ πρὸς τοὺς κρείττονας 109, 4. cf. 16, 3. ἀνεφλέχθη ὑπὸ ὀργῆς πρὸς Ἄβαριν 152, 6. ἠγρίαινε πρὸς Πυθαγόραν 152, 7. πρὸς ἀλλήλους διενεχθέντες 92, 12. πρὸς ἐκείνους ἐξηλλοτριωμένας 181, 4. πρὸς ὡπλισμένους διαγωνισάμενοι 137, 14. cf. 74, 13. ἐναντιοῦσθαι πρὸς τοὺς ἄνδρας 37, 17. cf. 16, 11. πρὸς αὐτὸν διαφωνῆσαι 129, 11. cf. 25, 12. 131, 9. 173, 15. πόλεμον ἤρατο πρὸς Πυθαγόραν 173, 10. πολέμιον πρὸς τοιαύτην διαγωγήν 70, 8. ἤχους πρὸς ἀλλήλους συμφωνότατους 84, 16. δυσσυγκάθετοι πρὸς τὰς ἐξωτερικὰς φιλίας 139, 13. σύμμετρα πρὸς ἀνδρείαν 156, 17. ἀδεὴς πρὸς θάνατον 155, 3. ἀδάμαστον πρὸς παθήματα 159, 7. πρὸς τὰ ὁμογενῆ ζῷα αὐτοὺς συνέστησε 123, 15. πρὸς ἀλλήλας συνεῖραι 143, 19. πρὸς ἡμᾶς συνέζευκται 79, 16. τὰ ὁμοφυῆ πρὸς ἡμᾶς ζῷα 79, 7. ἡρμόζοντο πρὸς τὰς τῶν ὡρῶν μεταβολάς 137, 6. πρὸς τοὺς ἐκπεπτωκότας διελύθησαν 185, 7. πρὸς τὴν γυναῖκα ὁμιλοῦντας 33, 10. πρὸς τοὺς ἀτελέστους ἀπορρήτων τρόπων ἥπτοντο 77, 4. πρὸς πάθος ἐπτόηνται 69, 23. πρὸς ἀλλήλους ἐνετύγχανον 71, 8. πρὸς ταῦτα ἠναισχύντει 153, 3. μὴ ξενισθεὶς πρὸς τοῦτο 68, 14. cf. 68, 21. πρὸς πάντα ἀνανευόντων 138, 18. πρὸς ταῦτα ὡμολόγει χάριν 152, 9. cf. 152, 14. εἰ πρὸς δόξαν ἱκανῶς παρεσκεύασται 51, 16. πρὸς τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους διακεῖσθαι γνησίως 33, 8. cf. 90, 2. εὖ ἐχόντων πρὸς τὸ μανθάνειν 22, 2. cf. 111, 7 m. πρὸς οὓς ἐναντίως ἔχουσι 64, 18. 101, 2. cf. 127, 11. 142, 12. τὰ ἐννέα πρὸς τὰ ἓξ οὕτως ἔχει 86, 4. τούτους ἔχειν βέλτιστα πρὸς φρόνησιν 59, 17. πῶς πρὸς ὀργὴν ἔχουσιν 69, 24. cf. 70, 1. 2. 7. 78, 17. πολλὰ τῶν εἰρημένων οἰκείως πρὸς αὐτὴν ἔχει 150, 17. πρὸς νεώτερον οὐκ ἄκαιρον 131, 11. cf. 131, 14. 15. πρὸς τὰ τοιαῦτα οὐχὶ αὐτοὺς εὐήθεις νομίζουσιν 102, 7. αἰδῶ πρὸς τοὺς προήκοντας 49, 5. cf. 136, 8. ἀνδρὸς ἀρετὴ πρὸς γυναῖκα 39, 9. τὴν πρὸς αὐτὰ δικαιοσύνην 79, 4. τὴν πρὸς τὸν θεὸν ἕνωσιν 167, 7. τῇ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους εὐκοσμίᾳ 29, 11. τὴν πρὸς τοὺς πατέρας εὔνοιαν 29, 12. τὴν πρὸς τοὺς

INDEX POTIORUM RERUM

AB IAMBLICHO COMMEMORATARUM.

INDEX LOCORUM TEMPTATORUM.

τῇ νεανικῇ, τῇ παιδικῇ καὶ ἀνδρικῇ · ὅσα ταύτης τῆς ἡλικίας, ἀμφότερα τὰ γένη τῶν ἁμαρτημάτων. ἐν τῇ παιδικῇ
πρῶτα καὶ ἐνδεικνύουσι τὸν νεανίσκον ὅσα ἁμαρτάνουσιν· ἐπεὶ τῇ φύσει ἁπαλοὶ ὄντες τῶν σπουδαίων
τῶν καὶ ταχέως, ἔτι ἁπλῶς εἰπεῖν. διὸ καὶ ὕβρεις τῶν παιδικῶν εἰσὶν ἀκόλαστοι καὶ
ὕβρεις τῆς παιδικῆς ὄντος, τῆς τοιαύτης ἡλικίας οἰκεῖον εἶναι. ἐκ ταύτης οὖν
ὅσοι ἔχονται ἡλικίας ἀφικνεῖσθαι τὸ τοιοῦτον διαθεῖναι. ἀλλὰ τῶν ἄλλων τῶν
ἰσχύει. ὥσπερ δὲ καὶ ὅτι φιλοπονοῦσιν. ὁμοίως καὶ τὰ λοιπὰ ὁρμῶν ἐπιθυμιῶν
ὅσα λυσιτελοῦσιν, οἷον τὸ χαλεπὸν καὶ θορυβῶδες εἶναι. ἐκ τούτων ἀνδρικῇ
ἡλικίᾳ εἰς τὸν νεανίσκον ἀφικνεῖσθαι. διόπερ παραδείκνυσι τῇ ἡλικίᾳ ταύτῃ
πάσῃ ἡ τιμή. καθόσον ἔστι, οὐδὲ ποτὲ τῶν αὐτῶν ἐπιθυμεῖν εἶναι ποιοῦσιν ἀβλαβῆ
ἀλλὰ τινὰ αὐτοῖς σεμνότερον ὑπέχουσιν ἀνὴρ ὀρχούμενος τοῖς ἐκδοχῆς· ὥσπερ ὑπερίκου
δρῶν ἐκ τοῦ πλείστου ταχέως ἐξίστασθαι ἐξ ἀρχῆς. ἀλλά τε καὶ ὀλιγωρεῖν
κακίαν καὶ φαῦλον. διὸ τοῦ ἐπιπονωτάτου ἐπιτάττουσι, φασί. τίνος
ἕνεκα τοῦ παιδὸς συνάγεσθαι περιφορᾶς τῆς τροφῆς τελευτῆς καὶ συμμετρίας.
καὶ τὴν μὲν τάξιν καὶ τὴν συμμετρίαν ἀποφαίνομαι τῷ καλῷ. τὰς δὲ τούτων
ἐναντίας τὴν ἀταξίαν καὶ τὴν ἀσυμμετρίαν, αἰσχρὸν καὶ δεινὸν εἶναι ὄφλησι καὶ
ἁπλῶς ἀνομοίως ἐργάζεσθαι. ἐπεὶ δὲ μηδὲ τοῦ δεῖ χρήσιμον εἰς τὴν ἀνδρικὴν ἡλικίαν
ἀφικνουμένην, μάταιον εἶναι τὸ συνιδεῖν τῶν παιδῶν τοιαύτας δὲ
ταύτης ἀλλὰ εἶναι καὶ τὸ ἀπλοῦν. οὐκοῦν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τούτου ὁρᾶν
τὸ σκύλαμα · συμβαίνει, ὅσα ὑπὸ θεῶν παιδεύεται. ἀλλὰ διὸ ἐξ ἀρχῆς τοῦ σκύλαμα καὶ
τὸν πρὸ ταύτης συνεθίζεσθαι καὶ μανθάνουσιν, ἀδικοῦσι πρὸς αὐτοῖς ἡσυχίαν τό.
καθὸ δὲ τὸ πληθος ἐρῶσι φασὶ τῷ ἀκολασία τῷ ἐντυγχάνουσι καὶ
ἀφικνουμένων εἰς συνήθη, ἀλλὰ βλάπτεσθαι τὸν ἡδύν· ἔστι τι καὶ ἄλλο τὸ διὰ
δεσμοῦ. οὐ γὰρ οὐ περὶ αὐτῶν ἀλλ' οὐδὲ βλαβερῶν εἰς ἀνδρείαν, ἔστι τοῦτο
τὸ πάθος καθὸ ἐστὶ δοκεῖ ἐπιτελοῦν μὲν δὲ τῶν μηδὲ τὴν πρᾶξιν τοῦ ἡδέως χαλεπαίνουσι
καὶ αἰσχρὸν βλαβερόν ἐπὶ πολὺ τοῦ εἶναι, τὸ δὲ ἀπλῶς ἀλλὰ μάλιστα μὲν
περὶ τὸ καλὸν καὶ ἀλλὰ μὴ βλάπτουσι, ἀλλὰ ὅσα ἂν ἢ πρακτέον. ἀλλὰ τὴν
περὶ τὸ συμφέρον καὶ ὠφέλιμον. διὰ τὸ παρακείμενον οὐ πάντως ὀργή.

[illegible]